ORDO BAPTIZANDI. ET ALIA SACRAMENTA ADMINISTRANDI...

Chiesa cattolica

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
12 A
27

Questo libro è per uso de
Frati Capuccini di Roma

P. 1.
36

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



ORDO
BAPTIZANDI:

ET ALIA SACRAMENTA
Adminiſtrandi.


EX ROMANAE ECCLESIAE RITV.

In quo

COMPLVRA CVRAM ANIMARVM
gerentibus vtilia, copioſè tractantur.

Nunc ad meliorem formam redactus.





VENETIIS, *Apud Georgium Variſcum.* 1601.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABVLA.

DE Baptiſmo. folio 1
De neceſſarijs ad eius ſubſtantiam. 1
De obſeruandis in eius collatione. 1
De ritibus, & cærimonijs Baptiſmi, eorumque vetuſtiſſimo vſu. 4
De eorum ſignificationibus. 5
Ordo adminiſtrandi Sacramentum Baptiſmi. 7
Ordo adminiſtrandi Sacramentum Pænitentiæ. 14
Quæ decet Sacerdotē orare, priuſquā audiat pęnitētes. 14
De obſeruandis ante Confeſſionem. 15
De ſeruandis in Excommunicatione maiori. 17
Forma abſolutionis ab excommunicatione maiori. 18
Forma abſolutionis a peccatis. 19
De iniungenda ſatisfactione. 19
Canones Pænitentiales. 20
De Eucbariſtiæ Sacramento adminiſtrando. 24
Ordo Communicationis. 25
De infirmis viſitandis. 29
De infirmis Communicandis. 30
Quomodo Parochus ægrotos ad bene in Domino moriendum diſponere debeat. 33
De extremæ vnctionis Sacramento. 35
De eius materia. 35
De eius forma. 36
De obſeruandis in extrema vnctione. 36
De præparatione ægroti ad ſuſcipiendā ſacrā Vnctionē. 37
De ſacramenti huius fructibus. 37
Modus adminiſtrandi ipſam extremam Vnctionem. 38
De commendatione animæ morientis. 41
Ordo commendationis animæ. 43
Orationes dicendæ in agone exitus animæ. 45
Reſponſorium dicendum egreſſa anima de corpore. 53
Septem Pſalmi Pænitentiales. 54
Ratio Exequiarum. 71

Digitized by Google

Ordo Exequiarum. 73
Exequiæ Sacerdotis. 98
Exequiæ paruulorum. 210
Officium anniuerſarium pro defunctis 115
Ordo Sacramenti Matrimonii. 118
Benedictio Annuli. 119
De benedictione mulieris poſt partum. 121
De Aqua benedicta, & eius inſtitutione. 123
Benedictio Aquæ. 124
Exorciſmus Aquæ. 124
Aſperſio aquæ benedictę i Eccleſiis diebus Dominicis. 125
Benedictio aquæ in Vigilia Epiphaniæ. 130
Benedictio loci, vel domus 159
Benedictio panis. 159
Benedictio ouorum. 160
Benedictio agni, & carniũ in die Sancto Paſchæ. 160
Benedictio vuæ, vel ficuum, & aliorum fructuum. 161
Benedictio communis ad omnia. 162
Benedictio candelarum. 162
Benedictio ignis 163
Benedictio Crucis. 164
Benedictio Imaginum Dei, vel Sanctorum. 194
Proceſſio in die Purificationis. 165
Proceſsio in Dominica Palmarum. 171
Proceſſio in Litaniis maioribus. 186
Proceſſio in Litaniis minoribus. 167
Proceſſio ad petendam pluuiam. 198
Proceſſio pro poſtulanda ſerenitate. 199
Proceſſio in tempore tribulationis. 200
Proceſſio pro gratiarum actione. 201
Proceſſio in ſolemnitate corporis Chriſti. 204
Exorciſmus ſupra obſeſſis. 214
Ad expellendas nubium tempeſtates. 223
Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundũ Ioannem. 226

FINIS.

Digitized by Google

A	1	Circuncisio Domini. duplex.
b	2	Oct.S.Stephani. dupl.cum com. Oct.
c	3	Oct.S.Iohan. dupl..cū com. Oct.SS.Inn
d	4	Oct.SS.Innocentium. duplex.
e	5	
f	6	Epiphania Domini. duplex.
g	7	De octaua Epiphaniæ.
A	8	De octaua.
b	9	De octaua.
c	10	De octaua.
d	11	De octaua. & com. S.Higinij papæ,&mar.
e	12	De octaua.
f	13	Octaua Epiphaniȩ. dupl.
g	14	Hila.epi,& cōf. ſem.& cō. s.Felic.pſb.&m̄.
A	15	Pauli primi Erem. ſe. & cō. S.Mauri Abb.
b	16	Marcelli Papæ & mart. ſemidupl.
c	17	Antonij Abbatis. duplex.
d	18	Cath.S.Petri Ro. dup.& cō. Priſcȩ vir.& m̄.
e	19	Marij,Marthȩ, Audif. & Abac. mart.
f	20	Fabiani & Sebaſtiani mart. dup.
g	21	Agnetis virginis & mart. dupl.
A	22	Vincentii,& Anaſtaſii mar. ſemidup.
b	23	Emerentianæ virginis,& mart.
c	24	Timothei epiſcopi & mart.
d	25	Conueſio S. Pauli Apoſtoli. dupl.
e	26	Polycarpi epiſcopi & mart.
f	27	Iohannis Chryiſoſtomi epiſc. & cōf. dupl.
g	28	Agnetis ſecundo.
A	29	
b	30	
c	31	

d	1	Ignatij epiſcopi & mart. ſemid.
e	2	Purificatio B. Mariæ. dupl.
f	3	Blaſij epiſcopi & mart.
g	4	
A	5	Agathæ virginis & mart. ſemid.
b	6	Dorotheæ virginis & mart.
c	7	Romualdi Abbatis. duplex.
d	8	
e	9	Apolloniæ virginis & martyris.
f	10	
g	11	
A	12	
b	13	
c	14	Valentini martyris.
d	15	
e	16	
f	17	Fauſtini & Iouitæ martyrum.
g	18	Simeonis epiſcopi & marty.
A	19	
b	20	
c	21	
d	22	Cathedra S. Petri Antiochiæ. dupl.
e	23	Vigilia.
f	24	Matthiæ Apoſtoli. duplex.
g	25	¶ Anno biſſextili additur vnus dies, & fit
A	26	dierũ 29 ſed feſtũ S. Matthiæ celebratur die
b	27	25 & tunc dicitur bis ſexto Calendas, hoc
c	28	eſt 24 & 25 die: & ſic litera Dominicalis mu-

tatur in ſuperiorem: vt, ſi ſit D, in C, ſi ſit C, in B, ſimiliter & in aliis. Fuit 1600. Et erit 1604.

MAR.

Digitized by Google

d	1	
e	2	
f	3	
g	4	
A	5	
b	6	(Felic.mar.
c	7	S.Tho.de Aqu.cõf. dup.& cõ. SS. Perp.&
d	8	
e	9	Quadraginta martyrum.ſemid.
f	10	
g	11	
A	12	Gregorij Papæ & conf.& Eccl. Doct. du.
b	13	
c	14	
d	15	
e	16	
f	17	
g	18	
A	19	Ioſeph confeſſ. dupl.
b	20	
c	21	Benedicti Abbatis.dupl.
d	22	
e	23	
f	24	Vigilia.
g	25	Annunciatio B.Mariæ. duplex.
A	26	
b	27	
c	28	
d	29	
e	30	
f	31	

Digitized by Google

g	1	
A	2	Franciſci de Paula. dupl.
b	3	
c	4	
d	5	
e	9	
f	7	
g	8	
A	9	
b	10	
c	11	Leonis Papę & confeſſoris. duplex.
d	12	
e	13	
f	14	Tiburtii, Valeriani, & Maximi mart.
g	15	
A	16	
b	17	Anicеti Papæ & martyris.
c	18	
d	19	
e	20	
f	21	
g	22	Sotheris & Caii pont. & mart. ſemidup.
A	23	Georgii mart. ſemiduplex.
b	24	
c	25	Marci Euangeliſtæ. duplex.
d	26	Cleti et Marcellini pont. et mart. ſemid.
e	27	
f	28	Vitalis martyris.
g	29	Petri martyris. duplex.
A	30	

MAR-

Digitized by Google

b	1	Philippi & Iacobi Apoſtolorum. dupl.
c	2	Athanaſii epiſcopi & confeſſoris.
d	3	Inuẽt.s.Cruc. dup. & cõ. ss.Alex. Euentii,
e	4	Monicæ vid.(& The.m.ac Iuu.epĩ, & cõf.
f	5	
g	6	Ioannis ante portam Latinam. dupl.
A	7	Stanislai epiſcopi,& confeſſ. duplex.
b	8	Apparitio S. Michaelis. duplex.
c	9	S. Gregorii Theologi epiſc. & conf. dupl.
d	10	Gordiani & Epimachi mart.
e	11	
f	12	Nerei,Archilei,atque Pancratii mar.
g	13	
A	14	Bonifacii martyris.
b	15	
c	16	
d	17	
e	18	
f	19	Pudentianæ virginis,
g	20	
A	21	
b	22	
c	23	
d	24	Vrbani Papæ,& martyris.
e	25	Eleutherii Papæ & martyris.
f	26	Iohannis Papę & martyris.
g	27	
A	28	
b	29	Felicis Papæ & martyris.
c	30	Petronillæ Virginis.
d	31	

Digitized by Google

g	1	
A	2	Franciſci de Paula. dupl.
b	3	
c	4	
d	5	
e	9	
f	7	
g	8	
A	9	
b	10	
c	11	Leonis Papę & confeſſoris. duplex.
d	12	
e	13	
f	14	Tiburtii, Valeriani, & Maximi mart.
g	15	
A	16	
b	17	Aniccti Papæ & martyris.
c	18	
d	19	
e	20	
f	21	
g	22	Sotheris & Caii pont. & mart. ſemidup.
A	23	Georgii mart. ſemiduplex.
b	24	
c	25	Marci Euangeliſtæ. duplex.
d	26	Cleti et Marcellini pont. et mart. ſemid.
e	27	
f	28	Vitalis martyris.
g	29	Petri martyris. duplex.
A	30	

MAR-

Digitized by Google

b	1	Philippi & Iacobi Apoſtolorum. dupl.
c	2	Athanaſii epiſcopi & confeſſoris.
d	3	Inuẽt.s.Cruc. dup. & cõ. ss.Alex. Euentii,
e	4	Monicæ vid.(& The.m̃.ac Iuu.ep̃i, & cõf.
f	5	
g	6	Ioannis ante portam Latinam. dupl.
A	7	Stanislai epiſcopi,& confeſſ. duplex.
b	8	Apparitio S. Michaelis. duplex.
c	9	S. Gregorii Thçologi epiſc. & conſ. dupl.
d	10	Gordiani & Epimachi mart.
e	11	
f	12	Nerei,Archilei,atque Pancratii mar.
g	13	
A	14	Bonifacii martyris.
b	15	
c	16	
d	17	
e	18	
f	19	Pudentianæ virginis,
g	20	
A	21	
b	22	
c	23	
d	24	Vrbani Papæ,& martyris.
e	25	Eleutherii Papæ & martyris.
f	26	Iohannis Papę & martyris.
g	27	
A	28	
b	29	Felicis Papæ & martyris.
c	30	Petronillæ Virginis.
d	31	

I V.

Digitized by Google

e	1	
f	2	Marcellini, Petri, & Eraſmi mart.
g	3	
A	4	
b	5	
c	6	
d	7	
e	8	
f	9	Primi & Feliciani mart.
g	10	
A	11	Barnabæ Apoſtoli. duplex.
b	12	Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij mar.
c	13	Antonij de Padua. duplex.
d	14	Baſilij Magni epiſcopi & confeſſ. dup.
e	15	Viti, Modeſti, & Creſcentiæ mar.
f	16	
g	17	
A	18	Marci & Marcelliani mart.
b	19	Geruaſij & Protaſij mart.
c	20	Siluerij Papæ & mart.
d	21	
e	22	Paulini epiſcopi & confeſſ.
f	23	Vigilia.
g	24	Natiuitas S. Ioannis Baptiſtæ. dup.
A	25	De oct. Nat. S. Ioan. Bapt.
b	26	Ioã. & Pauli m̃. ſem. cũ cõ. Oct. Nat. S. Io.
c	27	De oct. Nat. S. Ioan.
d	28	Leonis Pap. & cõf. ſe. cũ cõ. Octa. & Vig.
e	29	Petri, & Pauli Apoſtolorum. dupl.
f	30	Cõm. S. Pauli Apoſt. cũ cõ. octauæ S. Ioã.

Digitized by Google

IVLIVS Habet dies 31. Luna 29.

g	1	Oct.S.Ioh.Bapt.dup cũ cõ. Oct. Apoſtol.
A	2	Viſitat.B.Mariæ dup.cũ cõ. oct.Apo.& ss.
b	3	De octaua. (Proceſſi & Martiniani m̃.
c	4	De octaua.
d	5	De octaua.
e	6	Octaua Apoſtolorum Petri & Pauli.dup.
f	7	
g	8	
A	9	
b	10	Septẽ frat.m̃. & ss. Ruff.ac Secũdæ virg.
c	11	Pii Papæ & mart. (mart. ſemid.
d	12	Naboris & Filicis m̃.et Ioh.Gelberti Abb.
e	13	Anacleti Papæ & mart. ſemid..
f	14	Bonauenturæ Pontificis & conf. duplex.
g	15	
A	16	
b	17	Alexii confeſſoris.
c	18	Symphoroſæ cum ſeptem filiis martyrib.
d	19	
e	20	Margaritæ virginis &martyris.
f	21	Praxedis virginis.
g	22	Mariæ Magdalenæ. dupl.
A	23	Appollinaris epiſcopi & mart. ſemidupl.
b	24	Vig. & comm. S. Chriſtinę virg. & mart.
c	25	Iacobi Apoſt. dup. & com. S Chriſtop.m̃.
d	26	Anne matris B. Virginis Marię.
e	27	Pantaleonis mart. (& conf. ſem.
f	28	Nazarii, Celſi,& Victoris m̃.ac Inn.papæ,
g	29	Martę virg. ſemi.& cõ ss.Felic. Simplic.
A	30	Abdon & Sennen mar. (Fauſt. & Beat.m̃.
b	31	

AV.

Digitized by Google

c	1	Petri ad Vinc. dup. & com. SS. Mac. mart.
d	2	Stephani papæ, & martyris.
e	3	Inuentio S. Steph. protomar. ſemidu-
f	4	Dominici confeſſoris dupl.
g	5	Dedicatio S. Marię ad Niues. dupl.
A	6	Trãſſi. Dñi. du. cõ. ss. Six. & Fel. Aga. mi.
b	7	Donati epiſcopi, & martyris
c	8	Cyriaci, Largi & Smaragdi mart.
d	9	Vigilia. & comm. S. Romani mart.
e	10	Laurentii martyris. duplex.
f	11	De oct. S. Laur. cũ cõ. SS. Tybur. & Suſ. m̃.
g	12	De octaua. & comm. S. Clarę virginis.
A	13	De octaua. & cõ. SS. Hippol. et ſoc. mar.
b	14	De octaua, cum cõm. S. Euſebii conf.
c	15	Aſſumptio B. Marię virginis. dupl.
d	16	De Octa. Aſſump. B. M. cũ cõ. Oct. s. Laur.
e	17	Oct. S. Laurentii. dupl. et cõ. Oct. Aſſump.
f	18	De oct. & com. S. Agapiti marty.
g	19	De octaua.
A	20	Bernardi Abb. dup. et com. Oct. Aſſumpt.
b	21	De octaua.
c	22	Oct. Aſſump. B. M. dupl. et cõ. SS. Timoth.
d	23	Vigilia. (& ſoc. mar.
e	24	Bartholamęi Apoſt. dup. Rom. celebr. 25.
f	25	Ludouici confeſſoris.
g	26	Zepherini papæ & martyris.
A	27	(metis mart.
b	28	Aug. epi cõf. et eccl. doc. dup. & cõ. s. Her-
c	29	Decol. s. Ioh. Bap. dup. & cõm. s. Sabinę m̃.
d	30	Felicis & Adaucti marty.
e	31	

S E-

Digitized by Google

f	1	Aegidii Abbat. & co SS.mar. duod.fratr.
g	2	
A	3	
b	4	
c	5	
d	6	
e	7	
f	8	Nat.B.Marię. dupl. & com S. Adriani m̃
g	9	De octaua S.Marię. & cõm S.Gorg.mart.
A	10	Nicolai de Tolentino. dup.
b	11	De oct. & cõm. SS. Prothi, et Hyacint.m̃.
c	12	De octaua.
d	13	De octaua.
e	14	Exalt. S. Cruc. dup. cũ cõ. Oct.Nat.B.L.
f	15	Oct.Nat.B. M. dup et.cõ. S.Nicomed.m̃.
g	16	Cornelii et Cyp.põt.et m̃. ſe.et cõ. ss.Euaphemiæ, Lucię, et Geminiani mart.
A	17	
b	18	
c	19	Ianuarii epiſc.et ſocior.eius
d	20	Vigilia. & com. SS. Euſtachii et ſoc. mart.
e	21	Matthęi Apoſtoli duplex.
f	22	Mauritii et ſocior.marty.
g	23	Lini papę et mart. ſem.et cõ. Theclę virg. et mart.
A	24	
b	25	
c	26	Cypriani et Iuſtinę mart.
d	27	Coſmę et Damiani mart.
e	28	
f	29	Dedic.S.Michaelis Archangeli dupl.
g	30	Hieronymi presb. dup.

OCTO-

OCTOBER Habet dies 31. Luna 30.

A	1	Remigii epiſcopi & confeſſoris.
b	2	
c	3	
d	4	Franciſci confeſſ. duplex.
e	5	Placidi, & ſociorum eius.
f	6	
g	7	S.Marci Papę, & conf. & cõss. Sergii, Bac
A	8	(chi, Marcelli, & Apulei mart.
b	9	Dionyſij Ruſtici, & Eleuth. mart. ſemid.
c	10	
d	11	
e	12	
f	13	Caliſti Papę, & mart. ſemidup.
g	14	
A	15	
b	16	
c	17	
d	18	Lucę Euangeliſtę dup.
e	19	
f	20	
g	21	Hilar. Abb. & cõ.ss. Vrſ. & ſoc. virg. et m̃.
A	22	
b	23	
c	24	
d	25	Chriſanthi & Darię martyrum.
e	26	Euariſti papę et mart.
f	27	Vigilia.
g	28	Simeonis et Iudę Apoſtolorum dupl.
A	29	
b	30	
c	31	Vigilia.

NO-

Digitized by Google

d	1	Feſtum omnium Sanctorum.dupl.
e	2	Cõm.aĩum fidelium Defun.du. et de Oc.
f	3	De octaua. (oĩum SS.
g	4	De octaua.& cõ.S S. Vitalis , & Agric.m̃.
A	5	De octaua.
b	6	De octaua.
c	7	De octaua. (Coro.m̃.
d	8	Oct.oĩum SS.dupl. & cõm SS. Quatuor
e	9	Dedic Baſil.Sal.dup. & cõ S.Theod. mar.
f	10	Thryphonis, Reſpicii, & Nymphę mart.
g	11	Martini epi,& cõf.dup. & cõ. Mẽnę m̃.
A	12	Martini papæ,et mar. ſem.& cõ.
b	13	Et com.S. Didaci confeſſ.
c	14	
d	15	
e	16	
f	17	Gregorii Thaumaturgi epiſcopi & conf.
g	18	Dedic.Baſilicarum Petri & Pauli.
A	19	Pontiani papę & mart.
b	20	
c	21	Pręſentatio B.Marię Virg.dup.
d	22	Cęcilię virginis & mart. ſemidupl.
e	23	Clemẽtis papę & mar. ſem.& cõ.s. Fel.m̃.
f	24	Chryſogoni mart.
g	25	Catherinæ virginis et mar.dupl.
A	26	Petri Alexandrini epiſcopi et mart.
b	27	
c	28	
d	29	Vigilia. & comm. S.Saturnini mart.
e	30	Andreę Apoſtoli.duplex.

DE-

Digitized by Google

f	1		
g	2	Bibianæ virginis et martyris.	
A	3		
b	4	Barbarę virginis et martyris.	
c	5	Sabbę Abbatis.	
d	6	Nicolai epiſcopi et confeſſ.	ſemidupl.
e	7	Ambroſii epiſc. conf. et Eccl. Doct.	dup.
f	8	Conceptio B. Marię.	dupl.
g	9		
A	10	Melchiadis papę et mart.	
b	11	Damaſi papę confeſſoris.	ſemidup.
c	12		
d	13	Lucię virginis & martyris.	dupl.
e	14		
f	15		
g	16		
A	17		
b	18		
c	19		
d	20	Vigilia.	
e	21	Thomę Apoſtoli.	duplex.
f	22		
g	23		
A	24	Vigilia.	
b	25	Natiuitas Domini noſtri Ieſu Chriſti.	du.
c	26	Stephani prothom.	du. & cō. octau. Nat.
d	27	Ioh. Apoſt. et Euāg.	du. & cōm. Octaua.
e	28	SS. Innocentium mar.	dup. & cō. Octaua.
f	29	Thomę Cantuariēſ. epi et m̄.	ſe. et co Oct.
g	30	De dn̄ica īf. oc. Nat.	vel de oc. cū cō. Oct.
A	31	Siluestri Papę et conf	dup. & com. Octau.

DE

DE BAPTISMO.

BAPTISMVS vt omnium Sacramentorũ primum, ſic & maxime neceſſarium eſt; cum ſine eius gratia nulli pateat aditus ad vitã æternã, Quare tenetᷓ Parochus ea omnia perfectè noſſe & ſeruare, quæ ad eum ritè peragẽdum neceſſario requirũtur. Ea autẽ, vt facilè diſcere poſſint, hoc loco breuiter aſcripſimus. *Baptiſmus maxime neceſſarius.*

DE NECESSARIIS AD EIVS ſubſtantiam.

TRIA neceſſaria requiruntur, Forma, Materia, Intẽtio, ſine quibus Baptiſmus eſſe non poteſt. *Tria in baptiſmo.*

Forma eſt, EGO TE BAPTIZO IN N NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI: quæ cõtinuata pronunciatione exprimenda eſt, nihil addendo, omittendo, aut temerè commutando. Quod ſi aliquod verbũ de præſcripta forma omiſſũ fuerit (præter ego & Amen) infans baptizatus non erit. *Forma quæ.*

Materia eſt aqua elementaris, ſeu naturalis: aliis enim liquoribus, vel humoribus, aut aquis a florib. vel herbis quouis modo eductis, Baptiſmi Sacramentũ confici nequit. Perfunditur autẽ, ſiue abluitur caput aqua vno & eodem tempore, cùm verba proferuntur, idemque ſit, qui infantẽ abluat, & formam Sacramenti pronunciet. Quod ſi ante inceptam ablutionẽ verba omnia proferantur, aut illis omnibus prolatis, poſtea fiat, non erit baptiſmus: & iccirco infans eſt iterum baptizandus. *Materia q̃.*

Intentio eſt, vt baptizandus mundetur a peccatis, & Chriſto regeneretur, vel ſaltem id velle facere quod Chriſtus inſtituit, & facit Eccleſia. *Quæ intentio.*

DE OBSERVNADIS IN EIVS COLLATIONE.

CAVEAT Parochus, ne vllo modo in peccato mortali exiſtẽs hoc Sacramentum, vel vllum aliud conferat, neque in priuatis domibus, aut aqua non benedicta, & ſacro Chriſmate nouo nõ permixta, prẽterquam cũ neceſſitas vrget: peccaret enim grauiter, licet Baptiſmus eſſet vere collatus. *Baptiſmus quõ & vbi cõferendus:*

Quamuis Baptiſmus poſſit conferri, vel per Immerſionem, vel per ablutionẽ, vel aſperſionẽ: ſecundus tamẽ modus, qui eſt iuxta conſuetudinẽ Romanæ Eccleſiæ, ſeruandus eſt, idque fiat trina ablutione. A qua conſuetudine nõ licet, niſi in caſu neceſſitatis recedere, *Ritus in baptizando.*

Digitized by Google

Collato baptiſmo alia tantum adhibentur ſolenni ates

Quibus Baptiſmus ob immineus periculum mortis, verborũ tamẽ forma ſeruata, & ablutione, ſeu aſperſione ſemel adhibita collatus fuerit, ſolẽnes aliæ cerimoniæ, ſi euaſerint debent adhiberi in Eccleſia, ſacra ipſa ablutione, & forma omiſſis.

Calefacere aquam frigoris tempore

Tempore maximi frigoris, commodũ fuerit calefacere aquã nõ benedictã, & miſcere aquæ Baptiſmi, ne frigida noceat infanti.

Cum periculum adeſt

Puero naſcenti quomodo detur baptiſmus.

Nullus in vtero matris exiſtens debet baptizari: quod ſi infans caput emiſerit, & periculũ mortis immineat, baptizetur, nec poſtea ſi natus ſuperuixerit, erit denuo baptizandus. At ſi manũ, vel pedem tantũ emiſerit, partem illam extantem ſiue eminentem abluat cũ forma baptiſmi: verũtñ ſi natus vixerit, erit iterum baptizandus, cum conditione tamen, vt mox dicetur.

Pueri expoſiti cum conditione baptizandi.

Pueri expoſiti, & inuenti, de quibus omnino, re diligẽter perquiſita, incertũ eſt an prius fuerint baptizati, debent ablui, adhibita huiuſmodi formula verborum. Si baptizatus es, te iterũ non baptizo: ſi vero nondũ es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Qui baptizatos ab obſtetricibus baptizant, irregulares efficiuntur.

Sciant autem Parochi hoc tantũ eſſe permiſſũ in illis, de quibus re (vt ſupra dictum eſt) diligenter perquiſita, dubiũ relinquitur, an baptiſmum ritè ſuſceperint, aliter verò nunquam fas eſt, etiam ſub præſcripta conditione Baptiſmũ alicui iterũ adminiſtrare. Qui vero ſine delectu cũ adiunctione illa baptizat infantes, cum ad eos deferuntur, nihil prorſus quærendũ putantes, an ij prius abluti fuerint, ſed ſtatim eis baptiſmum tribuũt: vel etiam quod deterius eſt, quamuis exploratum habeant, domi ab obſtetricibus, vel alijs adminiſtratum eſſe, ſacram tamen ablutionem in Eccleſia, adhibita ſolemni cęrimonia, repetere non dubitant, ſciant id facere non licere ſine magno ſacrilegio, & ſe maculam irregularitatis ſuſcipere.

Baptizãdi in neceſſitate.

Munus conficiendi hoc Sacramentum, quamuis Parochis commiſſum ſit, tamen cogente neceſſitate ſine ſolemnibus cęrimonijs baptizare poſſunt omnes, ſiue mares, ſiue fęminæ? fęmina tamen præſente viro, parentes præſentibus aliis, laicus item præſente clerico, tum clericus coram Sacerdote, Baptiſmi adminiſtrationem ſibi ſumere non debent: Quaquam obſtetrices, quæ baptizare cõſueuerũt, improbandæ non ſunt, ſi interdum pręſente aliquo viro, qui huius Sacrameti conficiendi minime peritus ſit, piæ illud exequantur.

Sine licentia cum ſolemnitate nẽ baptizet. quiſquam parochus

Nullus Sacerdos preterquã Parochus, vel de eius licientia adhibeat in conferendo baptiſmo ſolemnes cærimonias, ſiue illũ conferat ob vrgentem neceſſitate, ſiue non.

deceat ij

Debet autem operam Parochus, vt omnes, qui eius curæ ſubsũt, & precipue obſtetrices intelligant, quæ ſit neceſſaria materia,

&

Digitized by Google

& forma huius Sacramenti, quamue intentionẽ eũ, qui bapti zat habere oporteat: vt cum neceſſe fuerit, illud, vt par eſt, conferre ſciat: proinde formam latinam, & vulgarem, dum Miſſæ ſacrificium peragit: ſępe doceat.

ſentialia Baptiſmi.

Caueat autẽ Sacerdos baptizans, ne excommunicatos, aut interdictos, uel illos, eo q anno Paſchæ tempore non fuerint confeſſi, & communicauerint, ad ſuſcipiẽdum de baptiſmo infantẽ admittat, uel eos qui ea quæ docere infantes tenẽtur, ignorant, ſcilicet orationem Dominicam, Symbolum, & Decalogũ.

Qui ad ſuſpiciendũ non adittendi.

Admittat Parochus vnum tantum ſiue uirũ ſiue mulierẽ, vel ad ſummum vnũ & vnam, qui baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiat, quorum nomina in libro deſcribat, doceatque eos quã cognationem ſpiritualem contraxerint inter ſe, ac baptizatũ ipſum, baptizatq; patrem, & matrem. Moneatq; ipſos patrinos ſe fideiuſſores apud Deũ extitiſſe pro illis, quos ſuſceperunt. ac profecto indignum eſſe, vt patientur illũ a ſe deſeri, quẽ ſemel in fidẽ, ac clientelam ſuã ſuſceperunt: ſciantque ſibi hanc curã incumbere, vt ille diſcat Symbolum, & Orationem Dominicã, Decalogum etiam & quæ ſint prima Chriſtianæ Religionis rudimenta; teneri ad eum monendum, vt caſtitatem cuſtodiat, iuſtitiam diligat, & charitatem teneat.

Qui admittantur ad leuandum infantẽ de Baptiſmo, & ad quid teneantur compatres.

Et de his omnibus accedentes Patrinos.

Frequenter etiam admoneat matres, & nutrices, ne filios suos nocta ſecũ habeant, propter periculum ſuffocationis, quod ſæpe euenire ſolet, vel ſaltem ita eos accommodet, vt nullum periculũ ſubeſſe poſſit. Quod ſi quæ mulier, non adhibita cautione ab Epiſcopo præſcripta, infantẽ anno ætatis nondum expleto, ſecum in lecto iacentẽ tenuerit, excommũicationis pęnam ipſo facto ſubibit. Quicũque etiã non adhibita cautione ſine Epiſcopi licentia, id facere coegerit, aut impedierit, eadem excommunicatione ligatur.

Filij vſque ad annũ in lecto non teneantur.

Hortetur præterea magnopere fideles, vt liberos ſuos cũ primum id ſine periculo facere licebit, ad Eccleſiam deferant, ſolemnibus cerimoniis baptizãdos, aut ſaltem infra octauum ab ortu diem. Nã cũ (vt ſuperius dictum eſt) infantibus nulla alia comparandæ ſalutis ratio, niſi eis baptiſmus re ipſa, & non tantum voto parentũ præbeatur, relicta ſit, facilè intelligitur, qua graui culpa illi ſeſe obſtringant, uqi eos ſacramenti gratia diutius, quam neceſſitas poſtulat, carere patiuntur: cũ præſertim propter ætatis imbecillitatẽ infinita pene vitæ pericula illis impendeant. Et propterea anathemate damnãtur ij, quorũ infantis cura eſt, ſi vſq; ad nonũ ab ortu diẽ baptiſmũ infantibus miniſtrandũ neglexerint. Quod ſi contingat ſine baptiſmo dece-

In deferendis pueris ad eccleſiã pro baptiſmo non differantur.

Digitized by Google

Sanctorum nomina imponatur.

dere, eccleſia nõ permittit eos in ſacro loco ſepeliri. Sciantque maximè decere, vt nomina ſanctorum filiis ſuis impo̅nãt, quos imitari ſtudeat, precenturque, & ſperent ſibi aduocatos aſſuturos ad ſalutem tum animi, tum corporis defendendam.

Si infra annum corrumpatur, vel deficiat aqua, Parochus poterit priuatim cotta & ſtola indutus, ſaltem cum clerico nouã aquã ſine ſolemni cærimonia benedicere, vt in Miſſali, incipiendo ab Antiphona, Sicut ceruus.

DE RITIBVS ET CÆRIMONIIS BAPTISMI, eorumque vetuſtiſſimo vſu.

Nefas eſt ſolemnitates in Baptiſmo omittere.

PRECATIONES verò, ritus, cærimonias, & aliás ſolénitates, iuxta modum præſcriptum, ad repræſentandũ effectus Baptiſmi inſtitutas, imagines item, & ſignificationes earũ rerum, quæ in hoc Sacramento geruntur, extra caſũ neceſſitatis nefas eſt omittere: proinde decet Parochos earũ ſignificationes perfecte ſcire: vt itellecta eorũ ſignorũ vi, & poteſtate, maiori cum religione, ac ſanctitate Sacramentum ipsũ adminiſtrét.

Vſus cærimoniarum in baptiſmo eſt vetuſtiſſimus, c. 20.

Harum autem cerimoniarum, & rituum, qui in perficiendo ſactó baptiſmo adhibentur, vsũ vetuſtiſſimũ eſſe conſtat ex Dionyſio Areopagita, qui meminerit exorciſmorum, promiſſionũ, ſacræ vnctionis, cæterarũq; precum, quæ in Baptiſmo peragentur. Meminere etiam alij patres, ſed vnus Auguſtinus ſatis ſit, qui ita de eis mentionem facit, vt ſimul eorum rationẽ reddat,

Probat vſũ exufflationũ exorciſmorum. & chriſmatis, c. 3. l. 1. c. 39

Exufflationũ, & exorciſmorum rationem reddit homilia, ſeu libro primo de Symbolo ad Catechumenos. Ideo ait. Sicut vidiſtis hodie, & noſtis, paruuli exufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli poteſtas. Idem libro de peccatorum meritis; & remiſſionibus, Quid in paruulo, ait, agit exorciſmus meus, ſi in familia diaboli non tenetur; ipſe certè mihi fuerat pro eodẽ paruulo reſponſurus qui geſtaret, quia ille per ſe reſpõdere nõ poſſet, Quomodo ergo dicturus erat, eum renunciare diabolo, cuius in eo nihil eſſet; &c. Hæc ipſa dicit homilia ĩ libro de Symbolo ad Catechumenos, & lib de Fide & operibus. Et in Ioãnẽ ad finem: non perfici ritè hoc Sacramentũ, nec alia, ſine crucis ſigno, his verbis docet Quid eſt, ait, quòd omnes nouerũt ſignũ Chriſti, niſi Crux Chriſti? quod ſignũ niſi adhibeatur ſiue frontibus credentium, ſiue ipſi aquæ, quã regerantur, ſiue oleo, quo chriſmate unguntur, nihil eorum rite perficitur. Hoc ipsũ aſſerit libro de Cathechizandis rudibus.

Hom 6. c. 4. tract. 21.

Ca. o li. 15

Sacri chriſmatis, quo in baptiſmo liniuntur, rationẽ affert in libro de Trinitate, vbi loquẽs de Chriſti gratia: De Chriſto, ait, ſcriptũ eſt, quoniam unxit eum Dominus Spiritu ſancto, non vtiq; oleo viſibili, ſed dono gratiæ, quod viſibili ſignificatur vnguen-

guento, quo Baptizatos vngit Eccleſia. *Hom. 4.*

A brenunciationum, promiſſionum, libro de Symbolo ad Catechumenos mentionẽ facit: Diabolo, ait, vos renunciare profeſſi eſtis, renunciate, non ſolum vocibus, ſed etiã moribus, Et infra. Quid tibi, ait, cum pompis diaboli, quibus renunciaſti? & idem homilia 3. dicit.

A quã qua baptizãt pueri, & oleũ quo vngũt, precib. & orõnib, benedicẽdum eſſe dicit in libris de Baptiſmo, cõtra Donatiſtas. *Lib. 5 c. 20.*

DE EORVM SIGNIFICATIONIBVS.

RITVVM verò, & cęrimoniarũ huiuſmodi rationem, cũ plurimi ſacri Doctores piè, & diligẽter explicauerint, quę ſequuntur ex Cathechiſmo Romano deſcripta, breuiter demonſtraſſe ſufficiat.

Principio qui baptiſmo initiandi sũt, ad Eccleſiæ fores afferũtur, atque ab eius introitu omnino prohibentur, quòd indigni ſunt, qui domum Dei ingrediãtur, antequam a ſe turpiſſimũ ſatanæ iugũ repulerint, & totos ſe Chriſto Domino eiuſq; iuſtiſſimo imperio addixerint. *Extra Eccleſiã manere quid ſignificet.*

Exquirit Sacerdos ab eis, quidnã ab Eccleſia petãt, vt eos Chriſtianæ fidei doctrina inſtituat; id autẽ Catechiſmo efficitur, cuius inſtitutonis morem a Domini Saluatoris pręcepti manaſſe nemo dubitare poteſt, cum ipſe Apoſtolis iuſſerit. *Petitio Sacerdotis.*

Ite in mundũ vniuerſum, & docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; docẽtes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. *Mar. 16. Matt. 28.*

Sequitur exorciſmus ad expellendum diabolũ, eiusque vires frangendas, & debilitandas. *Exorciſmus, quid faciat*

Sal in illius os, qui eſt baptizandus inſeritur, ad ſignificandum, eum fidei doctorina, & gratiæ dono conſecutum eſſe, vt a peccatorum putredine liberetur, ſaporemque bonorũ operũ percipiat, & diuinę ſapientiæ pabulo delectetur. *Sal, quare datur.*

Obſignantur ſigno crucis frons, oculi, pectus, humeri, aures, ad declarandum Baptiſmi miſterio ſenſus aperiri, ac roborari: vt Deum excipere, præcepta eius intelligere, ac ſeruare poſſit, & Chriſti crucem minime erubeſcat. *Frons oculi, & c. quare ſignantur.*

Nares, & aures illi ſaliua liniuntur, ſtatimque ad Baptiſmi fontem mittitur, vt quemadmodũ cæcus ille euangelicus, quẽ Dominus iuſſerat oculos luto illitos Sileos aqua abluere, lumẽ recuperauit: ita etiã intelligamus ſacræ ablutionis eam vim eſſe, vt menti ad cœleſtum veritatem preſpiciendam, lumen afferat. *Quid ſignificet ſaliua ad nares, & c.*

Sacerdos per eum, qui baptizandus eſt interrogat, ſi abrenunciat ſatanę & oĩbus operibus eius, & oĩbus põpis eius: ad quas ſingulas interrogationes, baptizãdus, vel patrinus eius nomine *Abrenunciatio quid ſignificet.*

Digitized by Google

reſpondet, abrenuncio, vt ſciat, qui Chriſto nomẽ daturus eſt, hoc primum ſancte, & religioſe polliceri debere, ſe diabolũ & mundum deſerere, ac nullum vnquã tempus fore, in quo vtrunque veluti teterrimum hoſtem non deteſtetur.

Profeſſionẽ fidei baptizandus quãdo faciat. Ad ipſum Baptiſmi fontem cõſiſtens, interrogatur a Sacerdote, ſi credit in Deum Patrem omnipotentẽ, cui ille reſpondet, Credo, ac deinceps de reliquis Symboli articulis rogatus, fidem ſuã ſolemni religione profitetur, quibus duabus ſpõſionibus, omnis Chriſtianæ legis, vis, & diſciplina continetur.

Quare baptizandus interrogetur an velit baptizari. Cum iam baptiſmũ adminiſtrare oportet, quærit Sacerdos ab eo, qui baptizandus eſt, nũ baptizari velit, quo quidẽ per ſe, vel eius nomine, ſi infans ſit, patrino annuente, ſtati in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ſalutari aqua eũ abluit: nam quẽadmodũ homo ſua volũtate ſerpenti obediens meritò damnatus eſt, ita Dominus eum ad ſuorum numerũ, niſi voluntariũ militem aſcribi noluit.

Chrimate verticẽ baptizati vngere quid ſignificet. Abſoluto baptiſmo Sacerdos ſummũ baptizati verticẽ Chriſmate perungit, vt intelligat ſe ab eo die Chriſto capiti tanquã membrum coniunctũ eſſe, atque eius corpori inſitum, & ea re Chriſtianũ a Chriſto, Chriſtũ vero à Chriſmate, hoc eſt ab unctione appellari.

Quare veſtis alba datur vel ſudariolum. Induit poſtremò Sacerdos baptizatũ veſte alba, vel infantis capiti album ſudariolum imponit, dicens; Accipe veſtẽ candidam, quam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternã, quo Symbolo ſignificari ſancti patres docent reſurrectionis gloriã, ad quam per baptiſmũ naſcimur, ac nitorem & pulchrtiudinẽ, qua dilutis peccatorũ maculis, anima in baptiſmo ornatur, innocentiamque & integritatem, quam in omni vita baptizatus ſeruare debet.

De cereo ardenti. Ad extremum cereus ardens in manũ traditur, qui oſtendit fidem charitate inflammatam, quã in baptiſmo accepit, bonorum operum ſtudio alendam, atque augendam eſſe.

ORO

ORDO ADMINISTRANDI SACRAMENTVM Baptiſmi.



Sacerdos ad Ianuam Eccleſię indutus cotta, & ſtola alba, accepto nomine baptizandi, extra fores, & ſuper brachio dextro patrini cōſiſtentis dicat.

Cōci. Med. 5. tit. Quæ ad Baptiſ. pertinent. §. 1.

IOannes vel Maria, quid petis ab Eccleſia Dei? Reſpond. Fidem. Sacerd. Fides quid tibi præſtat? Reſpond. Vitam æternam. Sacerdos. Hæc eſt vita æterna, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis: & proximum tuum ſicut teipſum. Poſtea ter ſufflet in faciem baptizandi in modum Crucis, & dicat. Exi ab eo ſpiritus im-

immũdè, & da locũ Spiritui ſancto Paraclito, in nomine Patris, ✠ & Filij ✠ & Spiritus ſancti. ✠ Amen. Ipſe enim tibi imperat, qui pedibus ſuper mare ambulauit, & Petro mergenti dexterã porrexit. Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorẽ Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto: vt exeas, & recedas ab hoc famulum Dei, quia cõita ſibi Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem, fontemque Baptiſmatis dono vocare dignatus eſt: vt hoc ſignum ſanctæ ✠ crucis, *Hic pollice ſignet fontem,* quod nos in fonte eius damus, tu maledicte diabole nunquam audias violare, per virtutẽ eiuſdẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen. Oremus. *Oratio.*

OMnipotens ſempiterne Deus, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere digneris ſuper hunc famulum tuũ *N.* quẽ m ad rudimenta fidei vocare dignatus es, & omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: diſrumpe omnes laqueos ſatanę, quibus fuerat colligatus, vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui per eundem Chriſtum Domintm noſtrum. Amen.

Benedictio Salis.

BEnedic ✠ Omnipotẽs Deus hãc creaturam ſalis tua bene ✠ dictione cœleſti, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in virtu

te

te Spiritus ſancti, ad effugandum inimicum, quam tu Domine ſanctificando ſancti ✠ fices, ac benedicendo bene ✠ dicas: fiatq; omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine eiuſdē Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem Amen.

Tunc inſerat de ipſo Sale in ore infantis, dicēs. N. Accipe ſalem ſapientiæ, qui propitiatio ſit tibi in vitam æternam. Amen. Pax tibi. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus patrum noſtrorum, Deus vniuerſæ author veritatis, te ſupplices exoramus: vt hunc famulum tuum propitius reſpicere digneris, & hoc primum pabulum Salis guſtantē, non diutius eſurire permittas, ſed eum cibo repleas cęleſti, quaten⁹ ſit ſemper tuo ſpiritu feruens, ſpe gaudens, tibi iugiter ſeruiens: & perduc eum ad nouę regenerationis lauacrum: vt cum fidelibu tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde pollice ſignet illum ſacro ſigno crucis.

¶ In fronte dicens.

Signo tibi frontem ✠ vt ſuſcipias crucē Dñi.

¶ In auribus.

Signo tibi aures ✠ vt audias diuina pcepta.

¶ In oculis.

Signo tibi oculos ✠ vt videas claritatem Dei.

¶ In naribus.

Signo tibi nares ✠ vt odorē ſuauitatis sētias.

In

Digitized by Google

¶ In ore.

Signo tibi os ✠ vt loquaris verba vitæ.

¶ In pectore.

Signo tibi pectus ✠ vt credas in Deum.

¶ In Scapulis.

Signo tibi ſcapulas ✠ vt ſuſcipias iugum ſeruitutis eius. ¶ In toto corpore.

Signo te totum, in nomine Patris, & Filij ✠ & Spiritus ſancti: vt habeas vitam æternam, & uiuas in ſæcula ſæculorum. Amen. Oremus. Or.

PReces noſtras, quæſumus, Domine clemēter exaudi, & hunc electum tuum N. Dominicę crucis impreſſione ſignatum, perpetua virtute cuſtodi: vt agnitionis tuæ rudiméta ſeruans, per cuſtodiam mandatorum tuorum, ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

¶ Deinde Sacerdos pollice, & indice accepto proprio ſputo, tangat ei aures, & nares: & tangendo vtramque aurem dextram ſcilicet, & ſiniſtram, dicat. Epheta, quod eſt ad aperire, & tangendo nares, dicat In odore ſuauitatis, ſubdens. Tu autem effugare diabole: appropinquauit enim regnum Dei.

¶ His peractis, Sacerdos imponat extremam partem ſtolæ in manibus baptizandi, ſi adultus ſit, vel ſi infans, in manibus portantis, & introducat eum in eccleſiem, dicens.

N Ingredere Eccleſiam Dei, vt habeas partem cum Chriſto in vitam æternam. Amen.

¶ Et accedentes ad Baptiſmi fontem, tām per

Sacer-

Sacerdotem, quam per baptizandum, vel per eius ſuſceptores, coniunctim dicitur. Credo, & Pater noſter. vt infra.

CRedo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ.

Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, dominum noſtrum.

Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine.

Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.

Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis.

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

Inde uenturus eſt iudicare viuos, & mortuos.

Credo in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiã Catholicam.

Sanctorum communionem.

Remiſſionem peccatorum.

Carnis reſurrectionem.

Vitam æternam. Amen.

PAter noſter, qui es in cœlis.

Sanctificetur nomen tuum.

Adueniat regnum tuum.

Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo, & in terra.

Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos a malo. Amen.

Poſtea

Digitized by Google

Poſtea interroget baptizandum proprio nomine dicens.

N. Abrenuntias Satanæ? Reſpond. Abrenuntio. Sacerd. Et omnibus pompis eius? Reſpōd. Abrenuntio. Sacer. Et omnibus operibus eius, Reſpond. Abrenuntio.

¶ His dictis pollice oleo Cathecumenorũ intincto, baptizandum in pectore, & inter humeros vngat in modum crucis, dicens.

Ego te linio oleo ſalutis in Chriſto ✠ Ieſu Domino noſtro, vt habeas vitam æternam Amen

Poſtea afferat linteolo, & interroget dicẽs.

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ? Reſpond. Credo. Sacerd. Credis in Ieſum Chriſtũ Filium eius vnicum, Dominum noſtrum, natum, & paſſũ? Reſpond. Credis Sacerd. Credis in Spiritum ſanctum, Sanctum Eccleſiam catholicam, Sanctorum communionem, Remiſſionẽ peccatorum, Carnis reſurrectonem, Vitam æternam? Reſpond. Credo.

Et expreſſo nomine baptizandi, dicat Sacerdos. N. Vis baptizari? Reſpond. Volo.

¶ In Baptizato in caſu neceſſitatis Parochus ĩ Eccleſia omiſsa hac interrogatione, & forma, cætera omnia exequatur.

¶ Tunc patrinus, ſiue matrina admoueat manus baptizando, & Sacerdos baptizans ſemel tantum dicat.

Ego te Baptizo in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. ✠ Amen.

Ad

Digitized by Google

¶ Ad ſingulas cruces fundēs aquam Baptiſmi ſuper caput baptizādi. Deinde dicit **Pax tecū.** Reſpond. **Et cum ſpiritu tuo.**

¶ Indigenſque Sacerdos pollicem in Chriſmate, ſignat in vertice, & dicit orationem.

Oremus.

DEus omnipotēs, Pater Domini nostri Ieſu Chriſti, qui te regerauit ex aqua, & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſſionem peccatorum omnium, ipſe te liniat Chriſmate ſalutis, in Chriſto ✠ Ieſu Domino noſtro, ī vitam æernam. Amen.

¶ Et albū ſudariolum capiti baptizati impo-nat, & ſimul abſtergat dicens.

Accipe veſtem candidam, & immaculatam, quā perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam. Amen.

¶ Poſtremo dans ei, vel Patrino candelam accenſam, dicit.

Accepe lampadem ardentem, & irreprehenſibile: cuſtodi Baptiſmum tuum, vt cum Dominus noſter venerit ad nuptias, poſſis occurrere in aula cœleſti. Amen.

¶ Omnibus vt ſupra peractis, Sacerdos ſudariola aqua intincto, loca baptizati ſacro oleo inūcta, videlicet pectus, ſcapulas, & caput, nec non pollicem propriū abſtergat, & ſuper ſudariolum ipſum, aquam iterum infuſam in ſacrarium exprimat.

Digitized by Google

ORDO ADMINISTRANDI SACRAMENTVM Pœnitentiæ.



PRESBYTER quando ad fidelium audiendas cõfeſſiones vocatur, primò humiliare ſe ſe debet, & cũ triſtitiæ gemitu, lachrymiſq; orare non ſolum pro ſuis delictis, ſed etiam pro fratris caſu; Ait enī Apoſtolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor; Igitur ſe vocantem admoneat, vt tantiſper oret, donec ipſe infraſcriptam, at ſimul dicat orationem.

¶ Quæ decet Sacerdotem orare, priuſquam audiat pœnitentes. Oratio.

DOmine Deus omnipotens, propitius eſto mihi peccatori: vt condigne tibi poſſim gratias agere, qui me indignum propter tuam miſericordiam miniſtrum feciſti officij Sacerdotalis, & me exiguum, humilemque mediatorem conſtituiſti ad orandũ, & intercedendum

ad

Digitized by Google

ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum pro peccatoribus, & ad pęnitentiam reuertentibus. Ideoque dominator Domine, qui omnes homines vis ſaluos fieri, & ad agnitionem venire veritatis: qui non uis mortem peccatorum, ſed vt conuertantur, & viuãt: ſuſcipe orationem meam, quam fundo pro famulis, & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerũt: vt des illis ſpiritum compunctionis, vt reſipiſcant a diaboli laqueis, quibus aſtricti tenẽtur, & ad te per condignam ſatisfactionem reuertantur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Quid precari debeat Cõfeſſarius ante confeſſionem.

Precetur etiam, ne cupiditate, inani gloria, curioſitate, aut ſenſualitate aliqua, accedat ad audiendum pænitentes, ſed id ſolũ pro ipſius Dei gloria, & illorũ ſalute agat; neue permittat, ut in tentationẽ inducatur audiendo peccata aliena, omnemq; mentis caliginem illuſtratione ſpiritus ſui depellat, ne per ignorantiam errans, velut cæcus cæco ducatum præſtet, nullũ etiam peccatorũ, quæ in confeſſionẽ audierit, phantaſma poſtmodũ in ſe rémaneat, ſed fortis in eius gratia perſeueret. Surgens deinde cum timore ab oratione, perpendat diligenter, quantũ referat Sacramentũ hoc ritè adminiſtrare, ideoq; omne ſtudium adhibeat, vt nihil eorum omittat, quæ ad perfecta eius functionem pertinent: ne, dum alios abſoluere parat, ſe pariter, & illos peccatorum vinculis implicet.

De obſeruandis ante Confeſſionem.

A Confeſſario ſeruãda in adminiſtratione huius Sacramenti.

INdutus cotta, & ſtola, modeſtè & decẽter ſedeat in Eccleſia, eo in loco, in quo & ipſe, & pęnitens facile conſpici poſſint. Quem humaniſsime ſuſcipiens, prębeat illi fiduciã, vt ſibi aperiat omnia vulnera ſua, ſtultamque illorũ remoueat verecundiam, qua impediti peccata confiteri non audent.

Et ſi nõ decẽter ſe habet in genuflexione, & alijs exterioribus ad talem actum requiſitis, illũ admoneat, qualiter non hominis ſed Dei iudicio, ſubijcit ſe iudicandum, ipſe vero caueat, ne

con-

Digitized by Google

confitentium, maximè mulierũ, extra confeſſionalia confeſſiones audiat, ne ab illo munere exercendo ſuſpenſionẽ incurrat.

Ex decret. generalibus viſit. Apoſtolica.

Videat quoque ſi in in pœnitentem habet iuriſdictionis poteſtatem, vel ſi eſt excommunicatus, aut crimen aliud admiſerit, ob quod ad ſuperiorem prius eſſet recurrendum, quare, vt caſuum reſeruatorum notitiam, excommunicationum generalium, & prouincialiũ; certis tabulis collectarum: Obſeruationũ etiam confeſſariorum vulgari lingua editarum, habeat oportet.

Ne pigeat docere eos, qui ſanctæ crucis ſignum ſibi facere neſciunt, & ſub ſanctæ obedientiæ præcepto cõfeſſarius ſciat ſe teneri, vt faciat antequam confeſſionem audiat, Orationẽ dominicam, Salutationem Angelicam, ſymbolum fidei, & decẽ præcepta Dei, vt pœnitẽtes ipſo audiente recitẽt. Et quos ignorare deprehẽderit, arguat, imponatque, vt certo tempore ſibi præfinito addiſcant. Quod non niſi ſemel, aut iterum ob neceſſariã cauſã, inconſulto epiſcopo, aut Vicario foraneo prorogatur: & vlterius ad confeſsionem non admittatur.

Ex Cõc. prouinc. vij.

Perſpiciet demum conditionẽ, & ſtatum Pœnitentis, vt aptius eius peccata inueſtigare ſciat, cũ non deceat omnia ab omnibus interrogare, quod maximè in adoleſcẽtulus, & ſimplicibus animadertẽrdum eſt. Ex quo duo neceſſario prænoſcenda facilè colliget, alterũ, an in ſtatu peccati mortalis verſetur, in eoque perſeuerare intendat, alterum, an ex aliqua domeſtica ſeu alio qui iugi occaſione ad pecandum prouocetur, & recidiuũ patiatur; quorũ vtrunque niſi a ſe remouere velit, nõ eſt quòd vlterius progrediatur.

Species & circunſtantia peccatorum cognoſcendæ.

Species etiã, & circunſtantiæ peccatorũ internoſcendæ erũt, & ex variis criminum generibus, quæ grauia, quæuè leuia ſint, pro cuiusq; hominis ordine, & genere iudicanda reprimẽdaq; eorũ ſuperbia, qui ſcelera ſua excuſatione aliqua vel defendere, vel minora facere nituntur, & tãquã a medico ſumma prudentia prouidendũ, vt ea remedia ægroto adhibeat, quæ ad illius animam ſanandam aptiora eſſe videri.

Qualẽ eſſe pœnitentem oporteat.

Maximè autẽ in Pœnitente obſeruabit, ſi debitam in perueſtigandis ſuis ſceleribus curam, & cogitationem poſuerit, habueritq; ĩ aĩo oĩa mortalia peccata, q̃ admiſit, ĩ memoriã reducere.

An ea oderit, & deteſtatus fuerit, vitæque emendandæ ſtabilẽ cogitationem ſuſceperit, hiſque voluntas coniuncta ſit tũ confitendi, tum ſatisfaciendi.

An alicuius rem, dignitatem, aut vitã dicto, factouè violauerit, ac debita compenſatione emendare ea propoſuerit. Quid quiduè iniuriarum ab altero acceperit, id totum remiſſum, & condonatum eſſe velit.

uòd

Quod ſi pęnitĕtem ita pręparatum eſſe cognouerit, audita peccatorum ſuorum confeſſione, abſoluere poterit, iniuncta tamen prius ſalutari pęnitĕtia: decebitq́; eum monere, vt pro tanto, & tam ſingulari beneficio maximas Deo gratias agat, ab eoq́; cęleſtis gratiæ præſidium petere nunquam deſinat, nullumq́; patiatur eſſe diem, quin aliquid de Paſſionis Domini noſtri myſterijs meditetur; ad eumque imitandum, & ſumma charitate amandum ipſe ſe excitet, atque inflammet.

Sin adeo neque in excutienda conſcientia, & in peccatis numerandis diligentiam, neque in deteſtandis dolorem adhibuiſſe iudicauerit, prorſusq́; imparatũ eſſe cognouerit, conet magno contritionis deſiderio eũ afficere, vt deinde huius præclari doni cupiditate incenſus, illud à Dei miſericordia petere, & efflagitare in aĩum ĩducat, humaniſſimisq́; verbis a ſe dimittet, hortabiturq́;, ut ad cogitãda peccata aliqđ ſpatiũ ſumat, ac deinde reuertať.

Hortetur etiam pęnitentem, ne in annum differat cõfeſſionem, nam ſi conſiderabit turpitudinem peccati, quod ſemper inſequitur imminens ira Dei: ac calamitates, & grauiſſima damna, quæ nobis affert, quidq́; ratio ſalutis ſuæ poſtulet ob multa, quæ impendent vitæ diſcrimina, profectò cognoſcet quàm maximè decere, ſi ſingulis menſibus, vel ſaltem in maioribus eccleſiæ ſolemnitatibus confiteatur; ſimulque diuinum Euchariſtiæ Sacramentum deuotè percipiat, & queadmodum corpori in ſingulos dies alimẽtum ſubminiſtrare neceſſarium putamus, ita ſpirituali pabulo animam frequentius reficere oportere.

DE SERVANDIS IN EXCOMMUNICATIONE MAIORI.

Tria in excõicatis ſeruanda.

ANimaduertat autem Sacerdos, ne ab Excõicatione reſeruata aliquẽ abſoluat, niſi obtentà prius facultate: qua habita, antequã abſolutionem impẽdat, hęc meminerit obſeruare. Primo, vt excõicatus ei, ob cuius cauſam excõicationẽ incurrit, ſatisfaciat: quod ſi hoc pręſtare nõ põt, iubeat, vt ſufficiẽtẽ cautionẽ ꝑbeat vel ſaltẽ, qñ neutrũ horũ põt efficere, iuret, ſecũ primũ potuerit, ſatisfacturũ. Scđo, ſi crimen ob qđ excõicationẽ incidit, ſit enorme, iuramẽtũ exigat de parẽdo in poſterũ Eccleſię mãdatis.

Tertio ſi excommunicatio fuerit publica, abſolutio quoque publice fiat, & humerum eius qui abſoluendus eſt, virga leuiter ad ſingulos verſiculos pſalmis percutiat, dicens. Miſerere, vel vnũ ex Pſalmis Pœnitentialibus, cũ Gloria Pa. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon: Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluum fac ſeruum tuũm. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Forma abſolutionis ab excõica tione.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: vt hunc famulum tuũm, quum Excommunicationis catena conſtrinxit, miſeratio pietatis tuę clementer abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Quibus peractis eum abſoluat, vt infra.

¶ Forma abſolutionis ab Excommunicatione maiori.

EGo abſoluo te à vinculo excommunicationis, & reſtituo cõmunioni fidelium in noĩe Patris, ✠ & Filij, & Spiritus ſancti. ℟. Amẽ.

¶ Quando vero excommunicatio erit ocuita, tunc non eſt adhibenda vlla cęremonia, ſed tantum forma abſolutionis, incipiendo ab illis verbi Ego te abſoluo, &c. vt ſupra.

¶ Poſtea à peccatis abſoluat, ſi pœnitens eorũ con-

Digitized by Google

confeſsionem fecerit,& pęnitentiã iniũgat, &c.

¶ Forma autẽ abſolutionis à peccatis, quam ſeruare debet, hæc eſt. Oratio.

MIſereatur tui omnipotens Deus: & dimiſſis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem,& remiſſionem omnium peccatorum tuorum, tribuat tibi omnipotens,& miſericors Dominus. Amen.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat: & ego auctoritate ipſi⁹ te abſoluo ab omni vinculo excommunicationis minoris, ſi qua teneris; deinde abſoluo te à peccatis tuis, ĩ noĩe Patris & ✠ Filij,& Spiritus ſancti. Amen. Oratio.

PAſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti,& merita beatæ Mariæ ſemper virginis, & omnium ſanctorum,& quicquid boni feceris,& mali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſſionem peccatorum tuorum, augmentũ gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

De Iniungenda ſatisfactione.

VT autem ſciat qualem debeat vnicuiq; crimini pro eorum grauitate ſatsifactionem imponere, notos habere debet veteres pęnitentiales Canones, vt ad eorum normã, quantum fieri poterit, ſeſe accommodet. ne ſi fortè peccatis conniueat,& indulgentiùs cũ pęnitentibns agat, leuiſſima quædã opera pro grauiſſimus delictis iniũgendo, alienorũ pc̃tõrũ particeps efficiat. *De ſcientia canonũ pœnitẽtialiũ, pro imponẽda pniã. Cõci. Trid. ſeſs. 14. c 8.*

Declaret autem confeſſor pęnitenti quid ſignificent verba illa Paſſio Dñi noſtri &c.&. quicquid boni feceris &c.& hoc ante abſolutionẽ,& verbis vulgaribus,& claris, ipſos ẽt Canones ad Pęnitentiam venientibus referre proderit, vt & peccati grauitate agnoſcant,& Eccleſiæ benignitatẽ in mitigandis ipſorũ Canonũ Pęnitentijs tanto maiori animi dolore, ſeu cõtritione cõpenſet.

Digitized by Google

CANONES POENITENTIALES.

ca. presbyter. d. 82 quo in cap. praſcribitur pœniten tia modus

SACERDOS, qui fornicationem admiſerit, pęnitētiam agat decem annis.

Qui ſponſam alienam de præſenti accipit, in pænitentia ſit ſeptem annis, & quadraginta diebus in pane, & aqua.

Monialis, quæ fornicatur, matrimoniumuè cōtrahit, qui item eam cognoſcit, conttahitue cum ea, pęnitens ſit decem annis

Ex c. 2. per ſponſa duorum

Qui Sacerdos Miſſam canit, neq; communicat: per annum Pęnitentiam agat, nec verò intereà celebret.

c. De uotam 27 q. 1

Sacerdos, qui palla altaris mortuum inuoluit, pęnitēs ſit decem annis, & quinq; menſibus, Diaconus autem annis tribus, & ſex menſibus.

c. Relatam, de conſecr. diſt 2

Falſarius in pane & aqua Pœnitentiam agat, quandiu viuit.

c. Nemo, de conſ. diſt. 1. c. Noniſſimus, de verb. ſign.

Qui ſcienter contraxerit, coieritùe cùm duabus ſororibus, aut cum duabus cōmatribus, aut ſorore, cum matte, & filia; quæuè coierit cum patre, & filio, aut cum duobus fratribus, pęnitentia ei conſtituitur octo annis.

c Si pater. 30 q 4 & c. vlti. 32 q 7 cap. ſi quis viduā ca. Si quis dū duabus 33 q. vlti. & c. ſi quis cū matre. 32. q 2.

Qui ignorāter duas ſorores, uel matrem & filiam, vel amitam & neptem cognoſcit, quarum vna ignorat factum alterius, vterque pœnitens ſit ſeptem annis; ſi verò ſcienter, perpetuò careat coniugio

Mulieri quæ partum ſupponit, quæuè de alio viro cōcipit, Pęnitentiæ, & ſatisfationis modus pręſcribitur arbitratu prudentis ſacerdotis.

Sacrilegus Chriſma calicemuè ſacrum polluens, pœnitens ſit ſeptem annis, & in ſingulas hebdomadas tribus diebus ieiunus ſit à carne, & vino.

c officij, extra de pœnit. & remiſſ.

Celās ſe cognouiſſe mulierem, quę cōtrahit cum fratre eius, pęnitens ſit ſeptem annis.

c. De uiro. 12 q 2 quo in cap. alia quædā conſtituuntur, ita peccāti

Solenniter pęnitens, ſi poſteà ad vomitùm redierit, pęnitētiam agat decem annis.

Parentes filiorum ſponſalia dirimentes, & filij ſi conſenſerit, ac poſt rurſus diſſenſerint, communione priuantur annis tribus.

c. Si homo fornicatus, 35 q ij c vnico 31 q 3 c ſi qua fuerit. 31. q. 1.

Qui contraxerit cum ea, cum qua vidua męchatus eſt, pęnitens ſit quinque annis.

Cognoſcens vxorem adulteram ante pęnitentiam peractam; pœnitens ſit annis duobus.

Cognoſcēs vxorem adulteratam antequam pęniteat, tribus annis pœniteat.

c. Si quis. i. xxxii. q. i.

Sacerdos, qui intereſt clandeſtinis deſponſationibus, per triennium ab officij ſui adminiſtratione amoueatur.

c. vi. in fi.

Latronem interficiens ex odio, cum poſſet capi, pęniteat, vt ibi.

Qui

Qui clericus in celebrandis diuinis officijs à Metropolitanæ Eccleſię more, & ritu diſcrepat, idq; per cõtemptum faciat, per ſex menſes communione priuetur.

de cland. de ſpon. ca. vlt. 15. q. 2.

Qui Dominum, vxoremuè interfecerit, nunquam equitet, nõ vehiculo vehetur, non matrimonium contrahet, decem ipſos annos carne non veſcetur, uinum non bibet.

cap. De iis, diſt. 12.

Qui matrem interfecerit, decem annis pœnitẽtiam agat armis depoſitis.

Qui ſimplex votum violarit, trium annorum pęnitentia ei conſtituitur.

Qui blaſphemiam in Deum, & B. Virginem, & Sãctos publice coniecerit, pęnitentiam agat ſeptem annis ex formula, quæ ſcripta eſt à Gregorio Nono.

cap. Admonet, & ca. quicunque, 12. q. 2 quibus in locis alia quadã in delictum admittentibus præſcribuntur.

Vnicuiq; peccatum mortale committenti, niſi delicti grauitas ſæueriorem, ac longioris temporis pœnitentiam poſtulat, pœnitentia conſtituitur ſeptem annorum.

c. Latronẽ 33. q. ii. cap. Si vir diſt xxvii.

Qui Eccleſiam incenderit, eam reſtituat, pretium det pauperibus, & pęnitens ſit quindecim annis.

c. vl. de maledicis

Qui domum, areamùe combuſſerit, pœnitentiam agat annis tribus.

c. Hoc ipsũ 33. q. ii.

Sacerdos Excommunicatus ſi celebrat, tribus annis pœnitens ſit, hebdomadisq; ſingulis feria ſecũda, quarta, & ſexta à vino, & carnibus ieiunet.

ca. Si quis. 17 q. 4

Sacerdos ſacerdotii gradu, ordineq; in perpetuũ amotus (quẽ degradatum dicunt) ſi celebrare audet, priuatur cõmunione corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti vſque ad vltimum diem, & in excommunicatione eſt, viaticum tantum in fine ſumens.

c. Si quis domum, de in iu. & dãdat. c. pen. 11. q. 2.

Epiſcopus diſſimulans corrigere venditorem myſteriorum, duobus mẽſibus; Sacerdos hoc agens, quatuor: Diaconus tribus Subdiaconus, & alij inferiores debita excommunicatione aſſiciuntur, ſui in vicis arbitrio.

c. Accedẽs diſt. 50.

ca. Quicquid inuiſibils, 1. q. 1.

Iniuſtè excommunicans, per menſem vnum ingreſſu Eccleſiæ interdicitur.

c. Sacro, de ſent. excõ.

Sacerdos ſi fornicatus eſt cum filia ſpirituali aut cum ea, quæ illi confeſſa fuerit ſua peccata, pœnitens ſit duodecim annis, & in Monaſterio Deo ſeruiat omnibus diebus vitæ ſuæ: ſi Epiſcopus hoc admiſerit, pęnitẽtiam agat annis quindecim: mulier autem in Monaſterium trudatur, vbi perpetuò viuat.

ca. Si quis Sacerdos, & ca. Non debet 30. q. 1.

Sciẽter rebaptizatus, ſi propter hæreſim hoc ſceleris admittit, pœnitentia afficiatur ſeptem annorum, quarta, & ſexta feria ieiunãs, & tribus item quadrageſimis pane, & aqua. Si verò pro mũditia hoc facere putarit, pœnitet tribus annis; ꝙ ſi ignorãter, non peccat, ſed ideò nõ promouendus, licet ſit excellens.

ca. Qui bis de conſ. di. 4 cap 2 de Apoſtatis c. Eos quos de conſecr.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

di. 4 quo in loco iis pœnit modus præſcribitur ca. 1. de fal.

Si Epiſcopus, Presbyter Diaconusuè ſponte eſt rebaptizatus, quandiu viuit pęnitens. Alij vero Clerici, & Monachi, & Moniales, ab hęreticis volẽtes rebaptizari, pęnitentiam agant duodecim annis.

Apud Iuonẽ par. 9 ca. 4. & ex de iis, qui fil. occ

Qui coactus falſum teſtimonium dicit, nec mors ſequitur, in pęnitentia ſit duobus annis, ſi ſponte, annis quinque.

Qui filium ſuum opprimit, annis tribus, & vno in pane & aqua pœnitens ſit.

c. Prædicãdũ glo. 22. q. 1.

Adultero, fornicatoriuè pęnitẽtia conſtituitur ſeptem annorũ.

ca. Accuſaſti ex. de accuſ.

Qui iniuſtè quempiam accuſat, & ille damnatur ad mortem, quadraginta dies pane, & aqua continenter ieiunabit, & per ſeptem annos pęnitentiam aget, non aqua tamen, & pane ſed arbitrio ſacerdotis. Si verò ob eam accuſationem quis membrũ pdiderit, accuſator ieiunabit quadrageſimis trib. pane & aqua.

c. 1. De Sortileg. ca. 2 de Sortileg

Sortilegus quadraginta dies in Pœnitentia ſit.

Presbyter reſpiciens furta in aſtrolabio, anno ſuſpenditur ab altaris miniſterio.

ca. Qui diuinationes 26 q 5.

Qui ædes magicis cantionibus luſtrat, aliuduè tale admittit, & qui ei conſentit, & conſulit, pęnitens ſit annis quinque.

c. Filiis. 16. q 7.

Latrons, qui res Eccleſiæ abſumit, per annũ excommunicat.

ca. quis Sacramento. 22. q 4.

Qui iurat ſe ad pacem non redire, per annum pęnitens ſit.

c. peſſimam 23. q vlt.

Incẽdiario hęc Pęnitẽtia dabatur, vt Hieroſolymis, aut in Hiſpania per annum in Dei ſeruitio permaneret. Qui hãc pęnitẽtiam remitteret, per annum itẽ a ſui muneris adminiſtratione amouebatur. Et poſt publicationem à ſolo Papa incendiarius abſoluitur.

ca. Tua nos de ſen exc. c. Non oportet 30. q 3.

Qui filiã ſororemue ſpiritualem in Matrimonium ducit, qui item conſentit, pænitens ſit ſeptem annis poſt ſeparationem.

ca Si per negligentiam de conſe. di 2. quo in loco alia ad hoc pœnitentię genus ptinẽtia traduntur c 1. de cuſto Euchariſtia.

Si gutta ſanguinis Chriſti in terram cadit, Sacerdos in pænitẽtia ſit quinquaginta diebus; Si ſuper Altare, & ad pãnum vnum tranſit, diebus duobus; Si vſque ad pãnos duos, diebus quatuor; ſi vſq; ad tres, diebus nouem, ſi vſq; ad quatuor, viginti diebus.

Qui incautè Euchariſtiã vel Chriſma incuſtoditum relinquit, quamuis nil notandi acciderit, tribus mẽſibus à ſui muneris adminiſtratione amouetur.

cap. Si quis homicidiũ diſt. 50. c de his clericis. d 50. cap Eos qui diſt 50

Epiſcopus, qui cędẽ fecerit, in Pęnitentia ſit quindecim annis, deponatur, perpetuò peregrinetur; Presbyter annis duodecim, quorum tres ieiunet pane & aqua, & deponatur; Diaconus annis decẽ, & tribus in pane & aqua, clericus, & laicus ſeptẽ annis.

Clericus, qui homicidiũ in obſidionis neceſſitate fecerit, pęnitens ſit duobus annis.

Qui caſu cædẽ facit, conſtituitur ei Pęnitentia quinq; annorũ Qui verò ſponte annis penitens ſit.

Digitized by Google

Qui Clericum, Monachumue, Diaconum, Subdiaconumue occiderit, perpetuò in Monaſteriũ detrudetur, & publicam Pęnitẽtiam aget ſeptem annis. *cap. Si quis voluntate. di ca.*
Qui Presbyterum, duodecim annis. *c. Qui occiderit 17. q. 4.*
Qui coierit contra naturam aut cum brutis, qui item inceſtũ fecerit, pœnitens ſit amplius quàm ſeptem annos; quia Clericus deponitur, Laicus excommunicatur. *c. 2. de pœn. & remiſſionib. 32. q. 7.*
Qui Matrimonium contraxerit contra interdictum Eccleſiæ, per menſem pęnitens ſit, aut arbitratu confeſſoris. *c. 1. de Matri. contra inter. Eccl.*
Confeſſor, qui pęnitentis peccatum patefacit, in Monaſterium detruditur ad agendam pœnitentiam. *cap. Omnis de pœn. & remiſſ.*
Qui per ebrietatem Euchariſtiam euomit ſi laicus eſt, quadraginta diebus ſi Clericus ſexaginta: Si Epiſcopus, nonaginta diebus, Si infirmus Pęnitentiam agat diebus ſeptem. *ca. Si quis per ebrietatẽ, de conſ. diſt. 2.*
Qui periurium ſciens admiſerit, quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos pęnitens ſit, & nunquã ſit ſine pęnitentia, interiori ſcilicet, & nũquam in teſtimoniũ recipiatur. *c. Quicunque 6. q. 1.*
Qui coactus periurat, ſi liber eſt, quadraginta dies, & ſeptem ſequentes annos, ſi ſeruus tres quadrageſimas, & legitimas ferias pœnitens ſit. *c. Qui compulſus 22. q. 5.*
Qui peierat, & inducit aliũ, vt falſum iuret, quadraginta dies in pane, & aqua, & ſeptem annos in Pœnitentia ſit *cap. Si quis perierauerit 22. q. 5.*
Qui conuictus fuerit alios ad periuria attraxiſſe, vſque ad exitũ vitæ non communicet. *ca. Qui conuictus. 22. q. 5.*
Qui peierat in mane Epiſcopi, in cruceuè conſecrata, tribus annis; ſi uerò in cruce non conſecrata; per annum in Pęnitentia ſit. *c. 2. 22. q. 5. q. ead. ca. Si quis coactus*
Qui ignoranter, & coactus, tres quadrageſimus.
Qui verò neceſſitate aliqua impulſus periurium committit, tribus Quadrageſimis ſit in Pęnitentia. *cap. 2 de empto & vẽ.*
Qui menſuras adulterat, triginta diebus pane & aqua ieiunet. *cap. Si quis dederit 24. q. 1.*
Qui inſcienter hæretico communionem dat, vel accipit ab eo, per annum pęnitens ſit; ſi verò ſcienter, annis quinque, Quod ſi neſciens permittat eum in Eccleſia celebrare, diebus quadraginta; ſi vero id fecit reuerentiæ cauſa, annũ vnũ; ſi autem ad euertendam fidem, annos decem; hæreticus annos duodecim.
Furtum faciens in leui neceſſitate pęniteat hebdomades tres; Clerico furi, annorum ſeptem, laico quinque annorum pęnitẽtia conſtituitur; ſi autẽ vilis eſt res, pane & aqua per annum pęnitentiam agat. *cap. Si quis ex de fur. ca. Si quis clericus 17. q. 4.*
Qui in Epiſcopum Presbyterumue manũ inijcit, & Eccleſiã vaſtat, impugnatue, in Monaſterium concluſus perpetuò pœnitens ſit. *c. quiſquis per dolũ. 24. q. 1.*

DE SANCTISSIMO EVCHARISTIÆ Sacramento adminiſtrando.



Parochus diligentiã adhibeat in Sacramẽto Euchariſt.

QVIA in Sacratiſſimo Euchariſtiæ Sacramẽto Chriſtus ipſe ſumitur, eiusque ſalutaris Paſſionis memoria recolit, debet Parochus in hoc ſacroſancto conuiuio præparãdo omnem diligentiam adhibere; tum vt tremendum hoc ſacramentum ea, qua decet reuerẽtia adminiſtret, tum etiam, vt ſubiectã ſibi ptebem ad maximos, & vbertimos fructus ex eo percipiendos idoneam reddat.

Inſtruat parochus oẽs præſertim adoleſcẽtes circa fidem & alia huius Sacramenti, antequàm adminiſtret. Notorũ peccatores ad cõmunionem non admittendi, niſi

Sciat igitur ſui eſſe muneris, eos qui ſibi commiſſi ſunt, de huius Sacramenti fide, & modo dignè recipiendi inſtruere, præſertim adoleſcentes, qui primùm ad illud ſuſcipiendum accedunt.

Quapropter antequàm illud apminiſtret, breuibus quidem, ſed ardentibus verbis eos, qui communionem percepturi ſunt, hortetur, ne ad hoc cæleſte conuiuiũ ſiue nuptiali veſte, ideſt Dei & proximi charitate, accedant, ne iudicium ſibi manducent.

Cõuictos, vel confeſſos de notorio, ac publico crimine à Dominica menſa repellat neq; admittat, quouſque manifeſtam de eo peccato ſatisfactionem exhibuerint.

Aduertat autem diligenter, vt viri à mulieribus in recipiẽda

Sacro-

Digitized by Google

Sacroſancta Euchariſtia ita ſeiuncti ſint, vt nedum ex aduerſo, ſed ne ex obliquo quidem ſeſe mutuò cōſpicere poſſint. Quare vel in diuerſis locis eos communicet, vel non eodem tempore, ſed per vices ſibi inuicem uiri & mulieres ad ſumendam ſacroſanctam Euchariſtiam ſuccedant. *poſt emēdationem Viri a mulierib ſeparati, cōionē accipiant.*

Si fortè ſanctiſſimum Chriſti corpus in terram, vel ſuper mappam ceciderint, maxima cum reuerentia genibus flexis illud in vaſculo reponat, & locum tactum à Sacramento (ſi lingua non licet) ſaltem purificatorio candido diligēter detergat, eamque terram cultro raſam colligat, atque in ſacrarium mittat; Si vero mappa ipſa tacta fuerit locum aduertat, vt poſt communionem lauet, & lotionem ipſam in ſacrariū fundat. Quòd ſi culpa ſua Sacramentum ceciderit, pœniteat iuxta canones pænitentiales. *Si corpus Chriſti ceciderit, quid faciendum.*

ORDO COMMVNIONIS.

PARTICVLAE, quæ erunt conſecrandæ, ſint recentes, & integræ, parumque excedāt numerum plebis communicandæ; Eas autem antequam Miſſam incipiat, in vaſculo ad hunc vſum accommodato, vel ſuper corporali candido collocet. *Particulæ conſecrādæ quales eſſe debeant.*

Cum verò Miſſam inchoauerit, particulas iuxta calicem ita accommodet, vt tam eas quàm hoſtiam eadem cruce ſignare poſſit. Et aduertat, vt interim, dum eas conſecrat, ſint ſuper petra conſecrata; meminerit etiam tum ad particulas, tum ad Hoſtiam, quam in manibus habet, conſecrandi intentionē dirigere. *Quō in altari collocandæ.*

Cōſecratione abſoluta, ſi particulæ conſecratæ cærimonias Miſſæ impediant, eas vſque ad Corporis, & ſanguinis ſumptionem aliquantulum reponat; qua peracta, in medio altaris iterum reponat, vel in tabernaculo recondat, ſi in aliud tempus differēda ſit populi communicatio, poſtea de more digitos abluat. *Particulæ conſecratæ reponantur*

Peracta Miſſa quandiù ſanctiſsimū Chriſti corpus ſuper altare fuerit, duæ ad minimum candelæ accenſæ ibi iugiter luceant, cùm autem fidelibus impartiendum erit, adſit & cereus ardēs. *Duæ candelæ luceant, dū Chriſti corpus eſt ī altāri, & cereus ardeat, dum adminiſtratur.*

¶ Hoc autem ordine ſanctiſſimam Euchariſtiam adminiſtrabit: ſi extra Miſſam ſiat communio, ſacerdos cotta, & ſtola albi coloris indutus, vt omnibus, hinc inde genibus flexis, & breuibus (vt diximus) verbis, ijs qui Euchariſtiam ſuſcepturi ſunt ad fidem, & deuotionē excitatis, iubeat eos ſecum, vel cum miniſtro gene- *Conc. Med. 5 tit. Quæ ad ſanctiſſ. Euchar. pa ragra. cum autem. De modo, ac ordine adminiſtrādi Euchar. in Eccleſia.*

generalem confeſſionem dicere: qua expleat, illis imponat, vt Pater noſter & Aue Maria recitent, interim ipſe Sacerdos dicat, Miſereatur veſtri, &c. & Indulgentiam abſolutionem, &c. quibus abſolutis ſe ad altare conuertat, accepto calice, uel alio vaſculo ad id appoſitio, cū corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti, atque particulam vnam dextera manu eleuet, & ad populum conuerſus, eam illi adorandam oſtendat, eumq; his verbis ad humilitatem hortetur Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea. quibus verbis iterum, ac tertio dictis, incipiat Sanctiſſimum Chriſti corpus diſtribuere, dicens vnicuique Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.

¶ Interim præcedat Acolytus cum cereo accenſo, duobus alijs miniſtris ante Sacerdotem mappam extenſam ſub vaſe Sacramenti tenentibus, & alius ſubſequatur cum vino albo in vaſo vitreo, & mappa candida ad abſtergendum ora communicantium. Vbi vero Acolyti haberi non poterunt, hoc officium agant viri pij, & modeſti:

Notādacirca eos qui accipiunt ſacrā Eucha

Dum autem ſacram Communionem diſtribuit, eos, qui vix os aperiunt, aut linguam nimium extollunt, vel emittunt, admoneat, vt ita os aperiant, ne inter labia vel ſub lingua Sacramentum remaneat. Ipſe autem Sacramentum in communicautium ora caute inferat: nec illud dimittat aut manum retr. hat, antequàm in os depoſitum preſpexerit, ne vlla ſua culpa Sacramentum in terram vel alio decidat.

Præ-

Præterea, quia ex diuturna huius Sacramenti adminiſtratione reliquiæ inter pollicis, & indicis ſummitates remanere ſolent, cauneat, ne eos, præterquam ſuper Sacramenti vaſculum diſiūgat, tum ſacra Communione peracta, illos ſuper idem vaſculum abſtergat, & abſterſos ſuper decenti alio vaſculo abluat. Quam blutionē, ſi ipſe celebrauerit, ſumet, aut tunc ijs qui communicarint ſumendam tradet. *De iunctione, vel disiunctione digitū in adminiſtratione huius Sacramenti.*

post peractionem.

¶Communione abſoluta reuertatur ad altare, atque Sanctiſſimo Chriſti corpore in medio depoſito, dicat. ℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili, paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis, & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redēptionis tuę fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis, & regnas, &c. Et tempore Paſchali. Oratio.

SPiritum nobis Domine tuæ charitatis infunde: vt quos Sacramentis Paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes.

¶Quibus dictis, ſeſe ad altaris cornu (ne Sacramento terga vertat) recipiat, & eos, qui Chriſti corpus ſuſceperunt, hortetur, vt in primis de tanto munere Deo gratias agant, & in oratione perſeuerent, moreſque & vitam eo pacto inſtituant: vt fructus, quos ex Communione perceperunt, perpetuo conſeruent. Poſtremo ſi extra Miſſam ſiat communio, illis benedicat his verbis: Benedictio Dei Patris, & Fi- *Hortetur populum ad gratias agēdas, &c.*

lij,

lij, & Spiritus ſancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Amen.

Si vero in Miſſa facta fuerit communio, omiſſa benedictione prædicta, proſequatur Miſſam vt in Miſſali. Cum autē peracto omiſſæ ſacrificio, ſtatim eam adminiſtrabit, veſtibus ſacerdotalibus, quibus in Miſſa vſus eſt indutus miniſtret, caſula tantum depoſita, & manipulo.

DE

DE INFIRMIS VISITANDIS.



PAROCHIVS, cum primum nouerit aliquẽ in ſua Parochia ægrotare, non expectet ſe uocari, ſed capta occaſione ipſe eum adeat, & cũ ægroto de ipſius æterna ſalute ſeriò tractet, eum lenitet admonens, ut omnem ſuam ſpem in Deo ponat, illiuſque infirmitatis pœnas tanquam paternam Dei uiſitationem patienter, & læto animo ferat, & ad ſalutem ſuam peruenire credat, rebuſq; ſuis, dum ſenſus, & ratio uiget ritè prouideat, de peccatis confeſſionem faciat. Cætera etiam Eccleſiæ ſacramẽta integris ſenſibus ſibi dari poſtulet; nec ad extremum expectet, cum morbi magnitudo eum minus aptum ad illa percipiẽda reddiderit.

Etiam non vocatus Parochus ægrotus inuiſat

Audita uerò confeſſione, & iniuncta iuxta ægroti diſpoſitionẽ ſalutari Pœnitentia, pia aliqua exhortatione diſponat ad dignè ſe præparandum, ut Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum recipiat, quo cœleſti cibo, ac ſpirituali uiatico ad iter proximũ ſecurius peragendum ſuſtentetur.

De cõione ægroti.

Si uero æger grauiter morbo ita laborat, ut in articulo mortis ſit conſtitutus, eum a quouis peccato, & Cenſura Eccleſiaſticã abſoluat; ita tamen, ut prius polliceatur, ſi priſtinam ſanitatem

De abſolutione cenſurarũ ægrotis danda.

recu-

Digitized by Google

recuperauerit, plenè ſe ſatisfacturum, & ſuperiorem aditurum pro abſolutionis confirmatione ſuper cenſura reſeruata: ut eorum mandatis pareat.

DE INFIRMO COMMVNICANDO.

Cõc. Me. 5. to. 11. para. Deinde.

Dato ſigno pulſu campanæ non ſolum paulo antequam ſacram Euchariſtiam afferat, ſed etiã veſperi pridie illius diei, quo illam allaturus eſt (ſi eo tempore, de hoc officio præſtando certior eſt), & congregato populo accenſiſque cereis, Sacerdos cotta, & ſtola alba indutus, circumponat humeris pannum ſericum oblongum, & acceptis ſanctiſſimi Sacramenti duabus particulis (vbi id commode fieri poteſt) in vaſculo ad hoc præparato eas reponat, ſuperpoſito illi velo: & perferens ipſum eleuatum ſub umbella, grauiter, & circumſpecte procedat ad domum infirmi, præcedente qui campanulam pulſet, & laterna deferat cum lumine, & aquam benedictam, cum libro Rituali, & quatuor ad minus intortitijs accenſis duobus ante, & duobus poſt aliiſque candelis præcedentibus, & ſubſequentibus, dicens Pſalmos Pœnitentiales, vel alias religioſas preces. Vbi vero ad infirmum peruentum fuerit, dicat. ℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Poſtea Sacerdos reclinet vaſculum in loco mundo ibi præparato, accendenſque ad infirmum, aſpergat eum aqua benedicta in modum crucis deinde aſtantes, dicẽs. Aſpergès me, &c. Deinde dicat. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei auxilium

Modus & ordo infirmo cõmunionẽ miniſtrãdi.

Aſpergat infirmum, & aſtãtes.

lium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie iuimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et eum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus infirmitatis humanæ ſingulare prçſidium, auxilij tui ſuper hunc infirmum famulum tuum oſtende virtutem, vt ope miſericordiæ tuæ adiutos, Eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumis repræſentari mereatur. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde ſubmiſſa voce interroget infirmum, an aliquid ei occurrat, quod confiteri velit. Quod ſi aliquid occurrerit, audiat, & abſoluat, Sin minus, dicto per infirmum, vel per alium Confiteor Deo omniptenti. Sacerdos admoneat aſtãtes, vt pro eo orent: ipſe vero dicat. Miſereatur tui, &c. Indulgentiã, abſolutioné, &c. Oro.

De reconciliatione infirmi.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus, qui dixit diſcipulis ſuis, quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cçlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo: de quorum numero, quamuis indignos nos eſſe voluit, ipſe te abſoluat ab ominibus peccatis tuis, quæ quouis modo cogitatione, locutione, & operatione negligenter egiſti: atque à peccatorum nexibus abſolutum perducere dignetur ad regna cçlorum. Qui viuit & regnat in ſæcula ſçculorum. ℟. Amen.

¶ Pe-

Breuibus verbis excitetur infirmus ad fidem, &c. In ſuſcipienda Euchar.

¶ Poſteà Sacerdos eleuet corpus Domini, vt infirmus illud adoret, & breuiter ſecundũ perſonæ, & temporis qualitatem excitet infirmi fidem & deuotionem ad ſuſcipiendum verum corpus Dñi Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, moneatq; infirmum, vt ſecũ voce, vel cordis affectu ſemel dicat, Domine non ſum dignus, &c. quo dicto Sacerdos dans ſacram Euchariſtiã, dicat Accipe frater vel ſoror viaticum corporis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat in vitã æternã. Am̃.

Ablutio digitorum.

¶ Deinde abluat digitos vino, aut aqua, non tamen in calice conſecrato, ſed in alio vaſe vitreo ibidem præparato, & det infirmo ablutionem nihil dicens. Peracta communione, Sacerdos dicat. ℣. Domine exaudi orationem meã.
℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Or̃.

Domine ſancte, pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur: vt accipiẽti fratri noſtro vel ſorori noſtræ ſacroſanctum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti filij tui, tam corporis, quàm animæ proſit ad remediũ ſempiternum. Amen.

¶ Quod ſi adhuc Euchariſtia palato adhæſerit, iterum aliquid propinet pro diſpoſitione ſumentis, quo ad ſacramentum inde amoueatur, & glutiatur.

De redeundo ad eccleſiam.

¶ Quibus peractis, ſi altera particula ſuperfuerit, eodem ordine reuertatur ad Eccleſiam, & poſito ſuper altari ſanctiſſimo Sacramento, dicat.

Digitized by Google

dicat: ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui nobis ſub Sacramẽto, &c. poſtea eleuato Sacramenti vaſculo, dãs benedictionẽ, faciat ſignũ crucis ſup aſſiſtẽtes, & reponat Sacramentũ in loco ſuo: annuncians Indulgentiã quadraginta dierũ conceſſã ab Epõ, & ſi quæ ſunt aliæ conceſſæ confratribus Scholæ Sanctiſſimi. Sacramenti, qui illud comitantur *De benedictione danda cum annũciatione indulgentiarum.*

QVOMODO PAROCHVS AEGROTOS AD BENE in domino moriendum diſponere debeat.

CVm mors ſit momentum, à quo æternitas pendet (qui enim in Dño moriũtur, perpetuò beati ſunt, & qui in peccatis diẽ obeunt, æternis ſupplijs addicuntur) dęmòn, qui ſemper noſtræ ſaluti aduerſatur, tunc maximè, vt diuina teſtatur ſcriptura, calcaneo noſtro (ideſt extremæ vitæ noſtræ parti) inſidiatur. Proinde Parochus inuigilare eo potiſſimũ tpe debet, vt oues ſuas ab inſidiantis lupi faucibus ereptas, ad veri Paſtoris, cuius ipſe miniſter eſt, ſinũ tranſmittat. Quare perſpectas habeat oẽs fraudes, qb⁹ humani generis hoſtis morientes aggredit, easq; detegat, ac ſalubribus remedijs quẽadmodũ illi reſiſtere debeant, inſtruat. *Erga morituros quomodo Parochus ſe gerere debeat*

Principio igitur aduerſarius noſter, vt plurimũ fidẽ, quæ eſt ſalutis fundamentũ, aſtutiæ ſuæ machinis concutit, ideò Parochus ægrotũ de ſingulis catholicæ fidei articulis interroget, an ea toto animo credat, atq; in ſanctæ Eccleſiæ gremio mori velit, quo, vt fidelẽ decet, annuente, in primis commoneſcat, ne, ſi quas illi de fide tẽtationes dęmõ ſuggeſſerit, aliud reſpondeat, q̃ credere ſe ea omnia, quæ ſancta Eccleſia credit, & iuxta pium, & maxime vtile inſtitutũ, proteſtationẽ fidei illũ emittere faciat, vt videlicet ſi fortè tẽtationũ diabolicarũ vi ſeductus aliquid cogitarit, dixeritùe, quod ei fidei, quam tunc profitetur, atque toto animo amplectitur repugnet, non cogitatum dictumùe eſſe velit. *De articulis fidei.*

Præterea non tarò morituris, præſertim iis, qui dum viuerent, ſeſe in bonis operibus exercuerũt, falſam quandam, ac nimiam in ſe ipſis fiduciam dęmõ immittere conatur. Iſtis ſanctum Dei timorem, qui ſaluberrimam humilitatem gignit, incutiat, ac peccatorum memoriam refricet, & bona, quæ fecerũt, vt plurimum multorum defectum labe aſperſa fuiſſe oſtendat, quaſi diuino *Quomodo nimia fiducia aliquorum ſit reprimenda.*

examini, ſecuta miſericordia, proponantur, pęna potius, quàm præmio ſint afficienda, quare cum propheta humiliter, & ex corde dicat. Domine non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Deſperatio aliquorum quõo amouenda. Pleroſque ob ante actæ vitæ ſcelera in deſperationis barathrum præcipites agere conatur. Iis infinitum diuinæ miſericordiæ theſaurum aperiat, & Ieſu Chriſti Domini noſtri ſanguinibus proponat, vtque miſericordiam magna cum fide, & ſpe eam aſſequendi, dum adhuc ſpiritus ſupetit, humiliter petant.

Inter vtrũque teneat ægrotũ Parochus. Verùm aduertat Parocus, ne dum his tentationibus occurrit, alteram extremorum nimis vrgeat: ne videlicet, dum præſumentem conatur humiliare, in deſperationem adigat, vel dum ſperãtem ſtudet erigere, in præſumptionem inducat: ſed ſeruata mediocritate, utrunque extremorum prudenter vitet.

Qui nimis doloribus agitantur, vel qui in florẽte ætate decedũt quõo admonendi. Nonnulli ſunt quos impatientia exagitat, vel ob dolorũ quibus afficiunẽ grauitatẽ, vel ꝙ in florẽte ætate decedũt, quibꝰ cõtra demõ ꝑſuadere conaẽ, vt ſe doloribꝰ illis, vel immatura morte iniuſtè affici exiſtimẽt. Sic affectos dulcibus verbis, ꝓpoſito Dei in eos hoĩes ſingulari amore, ad patiẽter, ac lęto aĩo dolores, & mortem tolerandã hortabiẽ, docẽs ob id benigniſſimũ Deũ acerbos illos dolores ꝑmittere, vt à lõgè acerbioribus liberet. Si.n. vel unicũ mortale peccatũ nos ęterni ſupplitij reos cõſtituit, animaduerſa peccatorũ ſuorũ multitudine, ac magnitudine animo cõijciant, quas pęnas luere ꝓmeruerint: Itaq; Deo maximas gratias agãt, ꝙ æternam, & acerbiſſimã illã gehennã in breuẽ hunc morbũ, ac leues dolores cõuerterit. Nec vero eſt, ꝙ doleant, propterea ꝙ in iuuenta, ac florente adhuc ætate mori illos contingat, cùm ſatis illi vixiſſe exiſtimandi ſint, qui bene vixeruut, & maturè hinc abire, qui cęlũ petunt: quin potius Deo maximas gratias habeãt, ꝙ illis tot peccatorũ cõmittendorũ occaſiones morte auferãtur.

Qui dolet ob filios relinquẽdes, vxorem, et opes adiuuandi. Si poſtremo infirmũ (quod ſępe euenit) mœſto, ac cõſternato eſſe ãnimo anim adtertat, ꝙ pauperes, vel minoris adhuc ætatis filios derelinquat, aut vxorẽ iuuenẽ, ac deſtitutã, aut amplas opes congeſtas: ſtudeat ab his cogitationibus eius animũ auocare; vtque liberos ſuos Deo cuius multo magis ſunt filii, cõmittat, & cõmẽdet, ſperetq; eum, qui nec auibus deeſt, neq; illis, neq; vxori defuturũ; ſimulq; operã ſuã præſertim pauperibus polliceatur, ſe videlicet non omiſſurũ pro ſuo munere eos bonis moribus inſtituere. Illos aũt, qui ob relictas opes angũtur, cęleſtes illas, & æternas diuitas, quas breui cõnſecuturi ſunt, animo intueri moneat.

Hortatio de commutatione vita. Denique Parocus, & Chriſtianę charitatis, & officij ſui memor illis, aut ſimilibus munitis aderit iis, qui ſibi commiſſi ſunt: vt ex ærumnoſa uita ad beatam, & ætrnam feliciter migrent.

DE

Digitized by Google

DE EXTREMAE Vnctionis Sacramento.



SACRAMENTVM Extremæ Vnctionis à Domino inſtitutum, à Sancto autem Iacobo promulgatum, hoc nomine appellatur, vel quia datur agentibus in extremis, vel quod omnium Sacrarum vnctionum, quas ipſe Saluator noſter Eccleſiæ ſuæ commendauit, vltima adminiſtranda ſit: ſiquidem primum vngimur Cathecumeni, deinde baptizati vngimur, tertio cum confirmamur: demum exceſſuri è vita, hanc extremã recipimns vnctionem. Conſtituitur autem, ſicut cætera Sacramenta, materia & forma.

Quare extrema vnctio ſic vocetur.

DE MATERIA

EIus igitur materia eſt oleum, ex olearum baccis tantùmmodo expreſſum, & ab Epiſcopo conſecratum, quæ materia aptiſſimè illud ſignificat, quod vi Sacramenti interius in anima efficitur. Nam, vt oleum ad mitigandos corporis dolores magnopere proficit, ita huius Sacramenti virtus, animæ triſtitiam ac dolo

Materia huius ſacramenti oleũ & quare.

Digitized by Google

tem minuit. Oleum præterea ſanitatem reſtituit, hilaritatem affert, & lumini tanquam pabulum prębet; tum ad recreandas defatigati corporis vires maximè accomodatum eſt. Quæ omnia, quid in ægroto diuina virtute per huius Sacramenti admi niſtrationem efficiatur, declarant.

DE FORMA.

Forma quę & quando praferēda.

FOrma verò eſt verbum, videlicet, ſolemnis illa precatio, quā Sacerdos ad ſingulas vnctiones adhibet, cum inquit. Per iſtā ſanctam vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quicquid oculorum, ſiue narium, &c. vitio deli quiſti. Ex quo licet cognoſcere formam precationis ſimul proferendam eſſe, cum vnctio adhibetur.

Caueat autem dum oculos, aures, & alia corporis membra quę paria ſunt, perungit, ne in altero ipſorum inungendo, ſacramenti formam prius abſoluat, quàm ambo huiuſmodi paria membra perunxerit.

DE OBSERVANDIS in Extrema Vnctione.

Quādo extrema vnctio administranda.

OBſeruabit Parochus, vt illo potiſſimum tempore hāc cœleſtem medicinā ægroto adhibeat, cum graui morbo afflicta tur, ac vitæ periculum impendet, & eū in eo adhuc integra mēs & ratio viget. Conſtat enim ad vberiorem Sacramenti gratiam percipiendam plurimū valere, ſi ægrotus ſacro oleo liniatur, cū fidem & religioſam animi voluntatem afferre poteſt. Ideo grauiſſimè peccant, qui in illud tempus ægroti vngēdi differunt, cū iam omni ſalutis ſpe amiſſa, vita & ſenſibus carere incipiat.

Semel tantum in vna ægrotatione detur

Meminerit ſemel tantum, in vna eademq; ægrotatione ægrum vngere. Quoties poſtea in aliud vitæ diſcrimen inciderit, toties eiuſdem Sacramenti ſubſidium ei poterit adhibere.

Quib. administrandū hoc ſacramentū.

Nō omnibus præterea adminiſtrandum eſt. Non ijs, qui ſano, & firmo corpore ſunt.

Non pueris, qui rationis vſu carent, & qui nulla peccata admittunt, quorum reliquias ſanari huius ſacramenti remedio opus non eſt. Non amentibus, & furioſis, niſi interdum rationis vſum habuerint, & ſanæ mētis tempore pij animi ſignificationem huius ſacramenti ſuſcipiendi dederint.

Conc. Med. 4. ſit. Quę ad Sacramen extr.

Sed infirmis tantum propè moribundis, ſenio confectis etiam, non ægrotis, in diem morituris, qui tamen contritionis ſigna, vel pium aliquem ad hoc Sacramētum affectum, ante ſenſum amiſ-

Digitized by Google

amiſſionem, oſtenderint. Siquidem ob hanc rem inſtitutum eſt non modo vt animæ, ſed vt etiam corpori medicinam afferat.

vnctio. §. Parochus.

Non ſunt etiam omnes corporis partes vngendæ, ſed eæ tatum quas veluti ſenſuum inſtrumenta, natura homini attribuit, vt oculis, aures, nares, os, manus, renes, & pedes.

Quæ partes corporis vngendæ.

Vnctio renum, vt quæ non eſt de ſubſtantia, quandoq; omitti ſolet in mulieribus honeſtatis gratia, ac etiam in viris, quibus commodè propter infirmitatem non poterit adminiſtrari, vel eorum loco pectus circa regionem cordis inungi. Manus verò, quę reliquis infirmis interius vngi debent. Presbytero infirmo exterius vngũtur, cum prius in Sacramento Ordinis interius unctæ fuerint.

Renes quãdoque expedit non vngere.

Manus pſbyteri quomodo vngenda.

Si quis autem aliquo membro caruerit, pars illi propinquior vngenda erit.

Qui membris carent quo vngantur.

DE PRAEPARATIONE AEGROTI ad Sacram vnctionem ſuſcipiendam.

OMni ſtudio Parochus curare debet, ne quid in ægtoto adſit, quod Sacramenti gratiam impediat, nihil verò magis aduerſatur quàm alicuius peccati mortiferi conſcientia; Ideo ſeruanda eſt perpetua Eccleſiæ conſuetudo, vt ante extremam vnctionem, Pœnitẽtię, & Euchariſtiæ Sacrameutum illi admi niſtretur, Si tempus, & infirmi conditio illud concedat; Eique preſuadere ſtudeat; vt ea fide & religione ſe vngẽdum Sacerdo ti prębeat, qua olim, qui ab Apoſtolis ſanãdi erant ſeipſos offer re conſueuerant, nimirum, vt intus, & foris (ſi Deo viſum erit) ſanetur; neq; dubitare debet, quin ſanctæ illę, & ſolemnes preces a Deo audiãtur, quibus Sacerdos non ſuã, ſed Eccleſię, & Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam gerens vtitur.

Poſt ſacramentũ pœnitẽtiæ, & Euchariſtia, extrema vnctio datur.

DE SACRAMENTI HVIVS Fructibus.

POſtremo explicãdæ erũt ægroto vtilitates, quæ ex hoc Sacramento prouenĩũt, nempè animã à languore & infirmitate, quam ex peccatis contraxit, & à cetęris omnibus peccati reliquiis ſanat, efficitq;, vt fidelium mentes mortis, & ſcelerum præteritorũ timore liberentur, pioq;, & ſancto gaudio repleantur. Vires præterea; ac arma ſua miniſtrat, quibꝰ aduerſarij vim, & impetu frangere, & illi fortiter repugnare poſſumus: nam ęgri animus erigitur diuinæ bonitatis ſpe, eaq; cõfirmatus, morbi incommoda oĩa ipſam mortem fert leuius, ac dęmonis calcaneo

Vtilitates huius Sacramenti.

Digitized by Google

inſidiantis artificium, & caliditatem facilius eludit. Accedit poſtremò etiam corporis ſanitas, ſiquidem profutura ſit. Quare certa ſpe niti debet ſe huius olei virtute ſpiritualem ſanitatem conſecuturum eſſe, futurumque, vt ſi eum vita decedere contingat, præclarè huius vocis fructum percipiat, qua ſcriptum eſt: beati mortui, qui in domino moriuntur.

MODVS ADMINISRANDI ipſam Extremam Vnctionem.

Cum quibus accedēdum eſt ad vngendum infirmum.

PArochius cū clerico accepta cotta, & ſtola cum vaſculo Olei infirmorum, atque Aqua benedicta cum Rituali accedat ad ægrotū: interim, dicens Pſalmos Pœnitentiales, vel alias religioſas preces, orans pro infirmo. Cū vero ad locum peruenerit, vbi iacet infirmus, parat bombacium vel ſtupam, & vas aliquod vel thecam carraceam, & accenſa candela dicat, ℣. Pax huic domui. ℟. Et omnib⁹ habitātibus in ea. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Dn̄i. Qui fecit cælum, & terrā. ℣. Dominus vobiſcū ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

INtroeat, Domine Ieſu Chriſte, domum hāc ſub noſtræ humilitatis ingreſſu ęterna felicitas, diuina proſperitas, ſerena lætitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſēpiterna: effugiat ex hoc loco acceſſus dęmonū; Adſint Angeli pacis, domumq; hanc deſerat omnis maligna diſcordia: magnifica Dn̄e ſuper nos nomen ſanctum tuū, & be ✠ nedic noſtræ conuerſationi: ſanctifica ✠ noſtrę humilitatis ingreſſum, qui ſanctus, & pius es, & permanes cum Patre, & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

Exau-

Digitized by Google

Exaudi nos dn̄e ſancte, Pater omp̄s, æterne Deus, & mittere dignare Sanctum Angelum tuū de cœlis: qui cuſtodiat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

¶ Deinde aſpergat infirmum, & domū Aquæ benedicta, dicendo. Aſperges me domine, &c. & Pſalmum. Miſerere mei, &c. Gloria patri. Sicut erat, &c. & repet. Añ. Aſperges me do.

¶ Quibus abſolutis infirmus, vel ſi is minus poterit, circunſtantes dicant, Confiteor, &c. Peracta confeſſione Sacerdos dicat. Miſereatur tui, &c. Indulgentiam, &c.

¶ Deinde Sacerdos conuerſus ad aſſiſtentes, eos humanæ infirmitatis admoneat, atque vt orēt pro infirmo, in hoc extremo agone mortis luctante, dicendo Septem Pſalmos cum Litanijs, ſeu alias orationes, dum ipſe ſacramentū vnctionis adminiſtrat. Sicque Sacerdos dicat.

In nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ſancti ✠ Amen. Extinguatur in te omnis virtus diaboli per impoſitionem manuum noſtrarū, & per inuocationem Sanctæ Trinitatis, & omnium Sanctorum, Angelorum, Archangelorū, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, atque omnium ſimul ſanctorum.

Et intincto police in Oleo Sancto, ſignet infirmum ſacro ſigno Crucis, in locis infraſcriptis, quod dum facit, ad ſingulas Vnctiones propriam orationem dicat.

Digitized by Google

¶ ad Oculos Oratio.

Abſterſio locorum cũ ſtupa. vel bombacio. Conc. Med. 5. tit. Qua ad ſacr. extrema unc. 5. Aeger.

PEr iſtam ſanctam vnctionẽ ✠ & ſuam pijſſimam miſericordiã, parcat tibi Dñs quicquid oculorum vitio deliquiſti. ℟. Amen.

¶ Miniſter vero, vel ipſe Sacerdos bombacio, vel ſtupa locũ inũctũ abſterga, & eã in vaſe mũdo vel cartacea theca prius vt ſupra ad hoc parata reponat, & hoc ipſum faciat poſt quãlibet vnctionẽ. Si inter vngendũ extremum ſpiritũ ægrotos emiſſerit, deſiſtat Parochus vngere. Si vero dubitetur viuus ne ſit an mortuus, hac cõditione vtatur, Si viuus es.

¶ Ad Aures. Oratio.

PEr iſtam Sanctam vnctionem ✠ & ſuam pijſſimam miſericordiam, parcat tibi Dñs quicquid aurium vitio deliquiſti. ℟. Amen.

¶ Ad Nares. Oratio.

PEr iſtam ſanctam vnctionẽ ✠ & ſuã pijſſimam miſericordiam parcat tibi Dñs quicquid aurium vitio deliquiſti. ℟. Amen.

¶ Ad Os Oratio

PEr iſtam Sanctã vnctionẽ ✠ & ſuã pijſſimam miſericordiam parcat tibi Dñs quicquid linguæ, vel oris vitio deliquiſti. ℟. Amen.

¶ Ad Manus Oratio.

PEr iſtam Sanctam vnctionem ✠ & ſuam pijſſimam miſericordiam parcat tibi Dñs quicquid tactus vitio deliquiſti. ℟. Amen.

¶ Ad Pedes Oratio.

PEr iſtam Sanctam vnctionem ✠ & ſuam pijſſimam miſericordiam parcar tibi Dñs

quic-

Digitized by Google

quicquid greſſus vitio deliquiſti. ℞. Amen.

¶ Ad Renes Oratio.

PEr iſtam Sanctã vnctionem ✠ & ſuã pijſſimam miſericordiam parcat tibi Dñs quicquid renum vitio deliquiſti. ℞. Amen.

¶ Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicat.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. ℞. Sed libera nos a malo. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℞. Deus meus ſperantem in te. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DOmine Deus, qui per Apoſtolum tuũ Iacobum locutus es: infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, vt orent ſuꝑ eum, vngentes oleo ſancto in nomine domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei: cura, quęſumus redemptor noſter gratia Spiritus ſancti languores iſtius infirmi, & ſua ſana vulnera, eiuſq; dimitte peccata, atq; dolores cũctos cordis & corporis ab eo expelle, plenamq; ei interius, & exterius ſanitatẽ miſericorditer redde: vt ope miſericordiæ tuæ reſtitutus, ad priſtina reparetur officia. Qui cum patre, & eodem Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſęculorum. ℞. Amen. Oratio.

REſpice, quæſumus dñe famulum tuum in infirmitate ſui corporis laborantẽ, & animam refoue, quam creaſti: vt caſtigationibus emendatus, ſentiat ſe tua medicina ſaluatum.

Per

Digitized by Google

per Chriſtum Dominum noſtrum. Amē. Oro.

DOminus Ieſus Chriſtus apud te ſit, vt te defendat: intra te ſit, vt te reficiat: circa te ſit, vt te conſeruet: ante te ſit, vt te deducat: poſt te ſit, vt te cuſtodiat, ſuper te ſit, vt te benedicat. Qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℞. Amen.

¶ Poſt hæc aliquo mundo linteolo vel ſudariolo aqua intincto, ſingula loca infirmi ſacro oleo inuncta, Sacerdos abſtergat: & vt ſupra de baptiſmo dictum eſt, illo, alia aqua purificato, & in aliquod vas preſſo, in eodem loco, vel domum reuerſus, aquam illam, bombaciū, vel ſtupam in ignem conijciat, & digitos medulla panis detergat, & abluat, ablutionemque in ignem, vel in Sanctuarium proijciat, & rediens ad eccleſiam dicat Pſalm. Miſerere.

¶ Quod ſi infirmus laborauerit in extremis, commendet animam eius Domino, vel quam primum id opus eſſe intellexerit, vt infra.

DE COMMENDATIONE Animæ morientis.

ÆGroto in extremis agenti Parochus aſſiſtet, & infraſcriptas preces, quanta poterit maiori cum animi deuotione dicet; curabitq; vt domeſtici ſimul omnes orent, & ſi æger loquendi, atque aliorum ſenſuum vſum amiſerit, animæ tantum commendandæ vacabit: Si verò eos adhuc integros habuerit, illum, ſi

com-

Digitized by Google

commodum, & opportunum eſſe proſpexerit, breuibus quidem, ſed tamen dulcibus, & ardentibus verbis ſimul excitabit ad deſiderium æternæ vitæ, atque ad ſpem concipiendam de diuina miſericordia. *Hortatio ad deſiderium æternæ vitæ.*

Ordo commendationis animæ.

Primum dicuntur Litaniæ breues in hunc modum.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos,
Pater de cœlis Deus, miſerere ei.
Fili redemptor mundi Deus, miſerere ei.
Spiritus ſancte Deus, miſerere ei.
Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere ei.
Sancta Maria, ora pro eo, vel ea.
Oēs Sācti Angeli, & Archangeli, orate pro eo.
Sancte Abel, ora pto eo.
Omnis chorus iuſtorum, orate pro eo.
Sancte Abraham, ora pro eo.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora pro eo.
Oēs Sācti Patriarchę, & Prophetę orat. pro eo.
Sancte Petre, ora pro eo.
Sancte Paule, ora pro eo.
Sancte Andrea, ora pro eo.
Sancte Ioannes, ota pro eo.

Om-

Oẽs ſancti Apoſtoli & Euãgeliſtę, orate pro eo.
Omnes ſancti diſcipuli Domini, orate pro eo.
Omnes ſancti Innocentes, orate pro eo.
Sancte Stephane, ora pro eo.
Sancte Laurenti, ora pro eo.
Omnes ſancti Martytes. orate pro eo.
Sancte Syluester. ora pro eo.
Sancte Auguſtine. ora pro go.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, orate pro eo.
Sancte Benedicte ora pro eo.
Sancte Franciſce ora pro eo.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ orate pro eo.
Sancta Maria Magdalena, ora pro eo.
Sancta Lucia. ora pro eo.
Omnes ſanctę Virgines & Viduæ orate pro eo.
Oẽs ſancti & ſanctæ Dei, intercedite pro eo.
Propitius eſto, parce ei domine.
Propitius eſto libera eum domine.
Ab omni malo libera eum domine.
Ab ira tua. libera eum domine;
A mala morte. libera eum domine.
A periculo mortis, libera eum domine.
A pœnis inferni libera eum domine.
A poteſtate diaboli libera eum domine.
Per Natiuitatem tuam, libera eum domine.
Per crucem, & Paſſionẽ tuam, libera eum dñe.
Per mortem & ſepulturam tuam, libera eũ do.
Per glorioſam Reſurrectionẽ tuã, li. eum dñe.
Per admirabilẽ Aſcenſionẽ tuã libera eum do.

Per

P er gratiã Spiritus ſancti paracliti, lib. eũ dñe.
I n die iudicij, libera eum domine.
P eccatores, te rogamus, audi nos
V t ei parcas, te rog.
K yrie eleiſon. C hriſte eleiſon. K yrie eleiſon.

Deinde cum in agone ſui exitus anima anxiatur dicatur ſequentes Orationes.

PRoficiſcere anima Chriſtiaua de hoc mundo in nomine Dei patris omnipotẽtis, qui te creauit: In nomine Ieſu Chriſti Filij eius, q̃ pro te paſſus eſt: In nomine Spiritus ſancti, qui in te effuſus eſt: in nomine Angelorum, & Archangelorum: in nomine Thronorum, & Dominationum: In nomine Principatuum, & Poteſtatum: In nomine Cherubim, & Seraphim: In nomine Patriarcharum, & Prophetarum: In nomine ſanctorum Apoſtolorum, & Euangeliſtarum: In nomine ſanctorum Martyrum & Confeſſorum: In nomine ſanctorum Monachorum, & Eremitarum: In nomine Virginum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei. Hodie ſit in pace locus tuus, & habitatio tua ſit in ſancta Sion. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

DEus miſericors, Deus clemens, Deus, qui ſecũdum multitudinem miſerationũ tuarum, peccata pœnitẽtium deles, & præteritorũ criminum culpas venia remiſſionis euacuas: reſpice propitius ſuper huunc famulum tuum N. & remiſſionem ſibi oĩum peccatorum ſuorum tota cordis cõfeſſione poſcentem, deprecatus

exaudi.

exaudi. Renoua in eo pijſſime Pater, quicquid terrena fragilitate corruptũ, vel quicquid diabolica fraude violatum eſt, & vnitati corporis Eccleſiæ, membrũ redemptoris annecte. Miſerere Dñe gemituum, miſerere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam, niſi in miſericordia tua, ad tuę ſacramẽtum recõciliationis admitte. Per Chriſtum Dñm noſtrum. Amen.

Commendo te omnipotenti Deo, chariſſime frater, vel chariſſima ſoror, & ei cuius eas creatura, cõmitto: vt cum humanitatis debitum morte interueniente perſolueris, ad auctorem tuum, qui te de limo terræ formauerat, reuertaris. Egrediẽti itaque animæ tuæ de corpore, Angelorum cętus occurrat: iudex Apoſtolorum tibi ſenatus adueniat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obuiet: Liliata rutilantium te Confeſſorũ turma circundet, iubilantium te Virginũ chorus excipiat, & beatæ quetis in ſinum Patriarcharum te complexus aſtringat: Mitis atq; feſtiuus Chriſti Ieſu tibi aſpectus appareat, qui te inter aſſiſtẽtes ſibi iugiter intereſſe decernat. Ignores oẽ quod horret in tenebris, quod ſtridet in flãmis, quod cruciat in tormẽtis. Cedat tibi teterrimus ſatanas cũ ſatelitibus ſuis, & in aduentu tuo comitantibus Angelis contremiſcat, atq; in æternę noctis chaos immane diffugat. Exurgat Deus, & diſſipẽtur inimici eius, & fugiant qni oderũt eum à facie eius: ſicut deficit fumus deficiãt, ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccato

res a facie Dei: & iuſti lætentur, & exultent in conſpectu Dei. Con fundantur igitur, & erubeſcant omnes tartareę legiones: & miniſtri ſatanæ iter tuum impedire nõ audeant. Liberet te à cruciatu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Liberet te à morte Chiſtus, qui pro te mori dignatus eſt. Conſtituat te Chriſtus filius Dei viui inter paradiſi ſui ſemper amęna virentia, & inter oues ſuas te verus ille Paſtor agnoſcat. Ille ab omnibus peccatis tuis te abſoluat, ac ad dexteram ſuam in electorum ſuorum te ſorte conſtituat. Redemptorem tuum facie ad faciẽ videas, & præſens ſemper aſſiſtens, manifeſtiſſimam beatis oculis aſpicias veritatem. Conſtitutus igitur inter agmina beatorum, contemplationis diuinæ dulcedine potiaris iu ſecula ſeculorum. ℞. Amen.

Oratio.

SVſcipe Dñe ſeruum tuum in locũ ſperandę ſibi ſaluationis à miſericordia tua. ℞. Amẽ.

Libera Dñe animam ſerui tui, vel ſeruæ tuę ex omnibus periculis inferni, & de laqueis pęnarũ, & ex omnibus tribulationibus. ℞. Amen.

Libera Dñe animã ſerui tui, ſicut liberaſti Enoch, & Eliã de cõi morte mundi. ℞. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Noe de diluuio. ℞. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Abraham de Hur Chaldęorum. ℞. Amen.

Libera Dñe aĩam ſerui tui, ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, & dẽ manu patris ſui Abrahæ. ℞. Amẽ.

Libera Domine animã ſerui tui, ſicut liberaſti

Loth

Loth de Sodomis, & de flamma ignis. ℟. Amē.
Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis Regis Aegyptiorum. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Danielem de lacu leonum. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu Regis iniqui. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Dauid de manu Regis Saul, & de manu Goliæ. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carceribus. ℟. Amen.
Et ſicut beatiſſimam Theclam virginē, & martyrem tuam, de tribus atrociſſimis tormentis liberaſti, ſic liberare digneris animam ſerui huius, & tecum facias in bonis congaudere cœleſtibus. ℟. Amen.

Oratio.

COmmendamus tibi Domine animam famuli tui N. precamurq; te Domine Ieſu Chrĩe Saluator mundi: vt propter quā ad terrā miſericorditer deſcendiſti, Patriarcharum tuorũ ſinibus inſinuare non renuas. Agnoſce dñe creaturam tuā, non ex dijs alienis creatam, ſed a te ſolo Deo viuo, & vero: quia non eſt alius Deus præter te, & non eſt ſecũdum opera tua. Lætifica dñe animam eius in conſpectu tuo. & ne memineris iniquitatũ eius antiquarum, & ebrie-

ebrietatũ, quas ſuſcitauit furor, ſiuẽ feruor ma li deſiderij: Licet enim peccauerit, tamen Patrẽ, & Filium, & Spiritum ſanctũ non negauit: ſed credidit, & zelum Dei in ſe habuit, & Deũ qui fecit omnia, adorauit. ℟. Amen. Oratio.

DElicta iuuentutis, & ignorantias eius q̃s, ne memineris domine: ſed ſecũdum magnam miſericordiam tuã memor eſto illius in gloria clariratis tuæ. Aperiantur ei cœli, collętentur Angeli: in Regnum tuum Domine ſeruum tuum ſuſcipe. Suſcipiat eum ſanctus Michael Archangelus Dei, qui militiæ cęleſtis meruit principatum. Veniant illi obuiam ſancti Angeli Dei, & perducant eum in ciuitatem cęleſtem Hieruſalẽ: ſuſcipiat eum beatus Petrus Apoſtolus, cui a Deo claues regni cęleſtis traditę ſunt. Adiuuet eum ſanctus Paulus Apoſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electionis. Intercedat pro eo ſanctus Ioãnes, electus Dei Apoſtolus, cui reuelata ſunt ſecreta cęleſtia. Orẽt pro eo oẽs ſancti Apoſtoli, quibus a domino data eſt poteſtas ligandi, atq; ſoluendi. Intercedant pro eo omnes ſancti Dei, qui Pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſeculo ſuſtinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cęleſtis, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto: qui cũ Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorũ. ℟. Amen.

Si anxiatur adhuc aĩa, dicanť ij. Pſal. videlicet.

COnfitemini domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordias eius.

Dicat nunc Iſrael, quoniam bonus: quoniam in ſęculorum miſericordia eius.
Dicat nunc domus Aaron : quoniam in ſęculum miſericordia eius.
• Dicāt nunc, qui timent dominum: quoniam in ſæculum miſericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominum: & exaudiuit me in latitudine dominus.
Dominus mihi adiutor: non timebo, quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimicos meos.
Bonum eſt cofidere in domino: quam confidere in homine.
Bonum eſt ſperare in domino: quàm ſperare in principibus.
Omnes gentes circuierũt me: & in nomine domini, quia vltus ſum in eos.
Circundantes circundederunt me: & in nomine domini, quia vltus ſum in eos.
Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine domini, quia vltus ſum in eos.
Impulſſus euerſus ſum, vt caderem : & dominus ſuſcepit me.
Fortitudo mea, & laus mea dominus : & factus eſt mihi in ſalutem.
Vox exultationis, & ſalutis: in tabernaculis iuſtorum.
Dextera domini fecit virtutem, dèxtera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.

on

Digitized by Google

Non moriar,ſed viuam:& narrabo opera dñi.
Caſtigans caſtigauit me dominus:& morti nõ tradit me.
Aperite mihi portas iuſtitię,& ingreſſus in eas confitebor domino: hæc porta domini, iuſti intrabunt in eam.
Confitebor tibi,quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.
Lapidem,quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli.
A domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris.
Hæc dies quam fecit dominus: exultemus, & lætemur in ea.
O domine ſaluum me fac,o domine bene proſperare: benedictus qui venit in noĩe domini.
Benediximus vobis de domo domini: Deus dominus,& illuxit nobis.
Conſtituite diem ſolennem in condenſis: vſq; ad cornu altaris.
Deus meus es tu, & cõfitebor tibi: Deus meus es tu,& exaltabo te.
Confitebor tibi,quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſęculum miſericordia eius.
Gloria patri,& filio,&c. Pſalmus.

BEati immaculati in uia: qui ambulant in lege domini.
Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

N on enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.
T u mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis:
V tinam dirigantur viæ meæ: ad cuſtodiēdas iuſtificationes tuas.
T unc non confundar: cum proſpexero in omnibus mandatis tuis.
C ōfitebor tibi ī directione cordis: in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ.
I uſtificationes tuas cuſtodiam: nō me derelinquas vſquequaque.
I n quo corrigit adoleſcentior viam ſuam: in cuſtodiendo ſermones tuos.
I n toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me a mandatis tuis.
I n corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi.
B enedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas.
I n labijs meis, pronunciaui omnia iudicia oris tui.
I n via teſtimoniorum tuorum delectatus sū, ſicut in omnibus diuitijs.
I n mandatis tuis exercebor, & conſiderabo vias tuas.
I n iuſtificationibus tuis meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos.
G loria patri, & filio, & ſpiritui, &c.
Præterea ſi diutius anxietur anima, poterit legere Euangelia de Paſſione, & alias Orationes, vel Pſalmos, prout viderit expedire.

Pariter

Digitized by Google

Paritèr viua voce pro ægroti captu ſuggeret aliqua ex ijs, quæ ſupra notata ſunt.
Egreſſa anima de corpore dicitur hoc Reſp.
℟. Subuenite ſancti Dei, occurrite angeli domini, ſuſcipientes animam eius, Offerentes eã in conſpectu Altiſſimi.
℣. Suſcipiat eam Chriſtus, qui vocauit eam, & in ſinum Abrahæ Angeli deducant eam.
℟. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.
℣. Requiem æternam dona ei domine, & lux perpetua luceat ei. ℟ In conſpectu Altiſſimi.
Deinde Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Secreto.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Requiem æternam dona ei domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. A porta inferi.
℟. Erue domine animam eius.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

TIbi domine commendamus animã famuli tui N. vt defunctus ſeculo tibi viuat, & quę per fragilitatem humanæ conuerſationis peccata commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum dominũ noſtrum. Amen.

Digitized by Google

SEPTEM PSALMI

Pœnitentiales.

Antiphona Ne reminiſcaris. Pſalmus.



DOmine ne in furore tuo arguas me: neque ira tua corripias me.
Miſerere mei domine, qm̃ infirmus ſum: ſana me domine, qm̃ cõturbata ſunt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſquequo?
Conuertere domine, & eripe animam meam: ſaluũ me fac propter miſericordiam tuam.
Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: qm̃ exaudiuit dominus vocẽ fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam ſuſcepit.
Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubeſcant valde uelociter.
Gloria patri, & filio, &c. Pſalmus.

Beati,

Digitized by Google

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.
Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.
Quoniam tacui, inueterauerũt oſſa mea: dum clamarem tota die.
Quoniam die, ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.
Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitiam meam non abſcondi.
Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiã meã domino: & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me.
Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.
Nolite fieri ſicut equus, & mulus: quibus non eſt intellectus.
In chamo, & fręno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in domino miſericordia circundabit.
Lętamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Gloria patri, & filio: & ſpiritui ſancto, &c.

Pſalmus.

Digitized by Google

DOmine ne in furore tuo arguas me:neq; in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi:& confirmaſti ſuper me manum tuam.

Nõ eſt ſanitas in carne mea,a facie iræ tuę:nõ eſt pax oſſibus meis,a facie peccatorũ meorũ.

Qm̃ iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ:& ſicut onus graue grauatę ſunt ſuꝑ me.

Putruerunt,& corrupiæ ſunt cicatrices meę:a facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem: tota contriſtatus ingrediebar.

Quoniã lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitatis in carne mea.

Afflictus ſum,& humiliatus ſum nimis:rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt in me:deriliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei:aduerſum me appropinquauerunt,& ſteterunt.

Et qui iuxta me erant, de longe ſteterunt: & uim faciebãt,qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi,locuti ſunt vanitates,& dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens:& non habens in ore ſuo redargutiones.

Quo-

Digitized by Google

Quoniã in te domine ſperaui: tu exaudies me, domine Deus meus.
Quia dixi, nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.
Quoniã ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt, & confimati ſunt ſuper me: multiplicati ſunt, qui oderunt me inique.
Qui retribunt mala pro bonis, detrahebat mihi: quoniam ſequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine Deus meus: ne diſceſſeris a me.
Intende in adiutorium meum: domine Deus ſalutis meæ.
Gloria patri, & filio, &c. Pſalmus.

Miſerere mei Deus: ſecundum magnam miſericordiam tuam.
Et ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui, & malũ corã te feci: vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis, & vincas cũ iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce

Digitized by Google

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
Aſperges me domine hyſſopo, & mūdabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium, & lętitiā: & exultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua: & Spiritū ſanctū tuum ne auferas me.
Redde mihi lętitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exaltabit lingua mea iuſtitiam tuam.
Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.
Sacrificium Deo Spiritus conttibulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Ieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificiū iuſtitię, oblationes, & holocauſta: tūc imponēt ſuper altare tuum vitulos.
Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio, &c. Pſalmus.

Domi-

Digitized by Google

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum vt fęnũ, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui; & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabãt mihi inimici mei: & qui laudabunt me, aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabã: & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie irę indignationis tuę: quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fænum arui.

Tu autem domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione, & generationem.

Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerębuntur.

Et

Digitized by Google

Et timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.
Quia ædificauit dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.
Reſpexit in orationem humilium,& non ſpreuit preces eorum.
Scribantur hæc in generatione altera: & populus, qui creabitur, laudabit dominum.
Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus de cælo in terram aſpexit.
Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.
Vt annuncient in Sion nomen domini: & laudem eius in Ieruſalem.
In conueniendo populos in vnum: & reges, vt ſeruiant domino.
Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione, & generationem anni tui.
Initio tu domine terrã fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli.
Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.
Et ſicut opertorium mutabis eos,& mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.
Filij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſeculum dirigetur.
Gloria patri, & filio,& ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio, &c. Pſalmus.

De

DE profundis elamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris domine: domine, quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legẽ tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in domino.

Quia apud dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria patri, & filio, &c. Pſalmus.

DOmine exaudi orationem meã, auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iuſtitia.

Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabor.

Digitized by Google

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me:& ſimilis deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam quia in te ſperaui.

Notam fac mihi viam,in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis domine,ad te cōfugi:doce me facere voluntatem tuã, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomẽ tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes oẽs inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meã: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

Gloria patri,&c. Antiph. Ne reminiſcaris domine delicta noſtra,vel parentum noſtrorum. neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

LITANIAE.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.
Fili Redemtor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus miſerere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.

Digitized by Google

Sancta Dei genitrix ora pro nobis.
Sancta virgo Virginum ora pro nobis.
Sancte Michael ora pro nobis.
Sancte Gabriel ora pro nobis.
Sancte Raphael ora pro nobis.
Omnes ſancti Angeli, & Archangeli orate.
Omnes ſancti beatorū ſpirituū ordines orate.
Sancte Ioannes Baptiſta ora.
Omnes ſancti Patriarchę & Prophetæ orate.
Sancte Petre ora pro nobis
Sancte Paule ora pro nobis
Sancte Andrea ora pro nobis.
Sancte Iacobe ora pro nobis.
Sancte Ioannes ora pro nobis.
Sancte Thoma ora pro nobis.
Sancte Iacobe ora pro nobis.
Sancte Philippe ora pro nobis.
Sancte Bartholomæe ora pro nobis.
Sancte Matthæe ora pro nobis.
Sancte Simon ora pro nobis.
Sancte Thadæe ora pro nobis.
Sancte Matthia ora pro nobis.
Sancte Barnaba ora pro nobis.
Sancte Luca ora pro nobis.
Sancte Marce ora pro nobis.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini orate.
Omnes ſancti Innocentes orate.
Sancte Stephane ora pro nobis.
Sancte Laurenti ora pro nobis.
Sancte Vincenti ora pro nobis.

Sancti Fabiane, & Sebaſtiane orate
Sancti Ioannes, & Paule. orate.
Sancti Coſma & Damiane orate.
Sancti Geruaſi & Prothaſi orate.
Omnes ſancti Martyres orate.
Sancte Sylueſter ora pro nobis.
Sancte Gregori ora pro nobis.
Sancte Ambroſi ora pro nobis.
Sancte Auguſtine ora pro nobis.
Sancte Hieronyme ora pro nobis.
Sancte Martine ora pro nobis.
Sancte Nicolae ora pro nobis.
Omnes ſancti Pontifices, & Cõfeſſores orate.
Omnes ſancti Doctores orate
Sancte Benedicte ora pro nobis.
Sancte Antoni ora pro nobis.
Sancte Bernarde ora pro nobis.
Sancte Dominice ora pro nobis.
Sancte Franciſce ora pro nobis.
Omnes ſancti Sacerdotes & Leuitæ orate.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ orate.
Sancta Maria Magdalena ora pro nobis
Sancta Agatha ora pro nobis
Sancta Lucia ora pro nobis.
Sancta Agnes ora pro nobis.
Sancta Cæcilia ora pro nobis.
Sancta Anaſtaſia ora pro nobis.
Sancta Catherina ora pro nobis.
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ orate.
Oẽs ſancti & ſanctæ Dei, intercedite pro nob.
Propitius eſto, parce nobis domine.

pro-

Digitized by Google

Propitius eſto exaudi nos domine.
Ab omni malo libera nos domine.
Ab omni peccato libera nos domine.
Ab ira tua libera nos domine.
A ſubitanea, & improuiſa morte, libera.
Ab inſidijs diaboli libera nos domine.
A ſpiritu fornicationis libera nos domine.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera.
A fulgure, & tempeſtate libera.
A morte perpetua libera.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ, lib.
Per Aduentum tuum libera.
Per Natiuitatem tuam, libera nos domine.
Per Baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum, libera nos domine.
Per crucem, & Paſſionē tuam, libera nos dñe.
Per mortem, & ſepulturam tuam, libera nos do.
Per ſanctum Reſurrectione tuā, lib. nos dñe.
Per admirabilē Aſcenſionē tuā, libera nos dñe.
Per aduentum Spiritus ſancti paracliti, libera.
In die iudicij, libera nos domine.
Peccatores, te rogamus, audi nos.
Vt nobis parcas te rog.
Vt nobis indulgeas. te rog.
Vt ad veram pænitentiā nos perducere digneris, te rog.
Vt eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſeruare digneris, te rog.
Vt dominum Apoſtolicū, & omnes Eccleſiaſti cos ordines, in ſancta religione conſeruare digneris. te rog.

Digitized by Google

V t inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris. te rogamus, audi nos.

V t Regibus, & Principibus Chriſtianis pacẽ, & veram concordiam donare digneris, te rogamus, audi nos.

V t cuncto populo Chriſtiano pacem, & vnitatem largiri digneris, te rogamus, audi nos.

V t noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare, & conſeruare digneris, te rogamus.

V t mẽtes noſtras ad cœleſtia deſideria erigas, te rogamus, audi nos.

V t omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, te rogamus, audi nos.

V t animas noſtras, fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorum ab æterna damnatione eripias. te rogamus audi nos.

V t fructus terræ dare, & conſeruare digneris, te rogamus audi nos.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rog.

V t nos exaudire digneris te rog.

F ili Dei, te rogamus audi nos.

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis domine.

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

C hriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. K yrie eleiſ. C hriſte eleiſ. K yrie eleiſ. ater nr̃. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. Pſal.

D eus

DEus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina.

Confundantur & reuereantur: qui quęrũt animam meam.

Auertantur retrorſum, & erubeſcant: qui volunt mihi mala.

Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicũt mihi: euge, euge.

Exultent, & lætetur in te omnes, qui quærunt te: & dicant ſemper maguificetur dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego vero egenus, & pauper ſum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: domine ne moreris.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, &c.

℣. Saluos fac ſeruos tuos, & ancillas tuas.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Eſto nobis domine turris fortudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniqtatis nõ apponat nocere nobis.

℣. Dñe non ſm peccata noſtra facias nobis.

℟. Neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

℣. Oremus pro Pontifice noſtro N.

℟. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eũ in animam inimicorum eius.

℣. Oremus pro benefactoribus noſtris.

℟ Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus, propter nomen ſanctum tuum, vitam æternam.

℣ Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiē æternā dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis.

℣ Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣ Pro fratribus noſtris abſentibus.

℟ Saluos fac ſeruos tuos, & ancillas tuas: Deus meus ſperantes in te.

℣ Mitte eis domine auxilium de ſancto.

℟ Et de Sion tuere eos.

℣ Domine exaudi orationem meam.

℟ Et clamor meus. &c. Oremus. Pro peccatis.

DEus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram; vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorū catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clemēter abſoluat.

EXaudi, q̄s domine, ſupplicum preces, & cōfitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

INeffabilem nobis domine miſericordiā tuā clementer oſtende: vt ſimul nos & a peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pænitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice; atque flagella tuæ iracundiæ, quę ꝑ peccatis noſtris meremur, auerte. ¶ Pro Papa.

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Papę nr̄o N. & dirige eū ſecundum

dum tuam clementiā, in viā ſalutis æternæ; vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

¶ Pro Pace.

DEus a quo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam, quā mundus dare non poteſt, pacem: vt & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtiū ſublata formidine, tempora ſint tua protectione trāquilla.

¶ Pro Caſtitate.

VRe igne ſancti ſpiritus renes noſtros, & cor noſtrum, domine: ut tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus.

¶ Pro Defunctis.

FIdelium Deus omnium conditor, & redemptor: animabus ſamulorum, famularemque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur.

¶ Pro Actionibus.

ACtiones noſtras, quæſumus domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere vt cuncta noſtra oratio, & operatio a te ſemper incipiat, & per te cepta finiatur.

¶ Pro Viuis, & Defunctis.

OMnipotens ſempiterne Deus: qui viuorū dominaris, ſimul & mortuorum, omniumque miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quoſque vel præſens ſeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: interce-

 den-

dentibus omnibus ſanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit, &c.

℣ Domine exaudi orationem meam.

℟ Et clamor meus ad te ueniat.

℣ Dominus vobiſcum.

℟ Et cum ſpiritu tuo.

℣ Benedicamus Domino.

℟ Deo gratias.

℣ Exaudiat nos omnipotens, & miſericors dominus. ℟ Amen.

¶ Collecta pro viro Defuncto. Oremus.

INclina domine aurẽ tuã ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuã ſupplices deprecamur: vt animam famuli tui, quã de hoc ſeculo migrare iuſſiſti, in pacis, ac lucis regione cõſtituas, & ſanctorum tuorum iubeas eſſe cõſortem. Per Chriſtum dominum noſtrũ. ℟ Amẽ.

¶ Oratio pro muliere defuncta.

QVæſumus domine pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ: & a contagijs mortalitatis exutam, in æternę ſaluationis partem reſtitue. Per Chriſtum dominũ noſtrum. ℟ Amen.

¶ Oratio pro pluribus defunctis indifferẽter.

PRopitiare domine animabus fidelium tuorum miſericordia ſempiterna: vt mortalitatis nexibus expeditæ, lucem æternam poſſideant. Per Chriſtum dominum noſtrum.

℟ Amen.

DE

DE EXEQVIIS.



RATIO EXEQVIARVM.

SACRAE Cærimoniæ,& ritus,quos catholica Eccleſia in funeribns curandis obſeruat, neque recentes ſunt,neque myſteriorum expertes:ſed vel ab Apoſtolis ipſis,vel a primis ſanctiſſimæ fidei noſtræ Patribus magna cũ ratione inſtituti. Nam ſacroſanctum Chriſti Corpus, & ſanguinem pro mortuis offerri Apoſtolorum temporibus ſolitum eſſe,teſtantur Clemens Romanus Petri diſcipulus, & ſucceſſor,in libris Conſtitutionum Apoſtolicarum,Dionyſius Areopagita,Pauli diſcipulus, in libro Eccleſiaſticæ Hierarchiæ:Diuus Ciprianus in libro epiſtolarum, Sanctus Chryſoſtomus in Epiſtola Pauli ad Philippẽ.expreſſis verbis affirmat hoc ſanctum fuiſſe ab Apoſtolis Ambroſius epiſtola ad Bonifacium: Auguſtinus in libro Confeſſionum,& lib. de Cura pro mortuis agenda,& in libro de Origine animarum, contra Fauſtum Manichæum.

Ritus exequiarum antiquus.

Lib.vi.c x & li. viij.c. 48.cap. vij. Li.1. & ij. epiſt.ix & l...iij.c.j.v. Ho.3.lib.9 c. xi. Li.xx.cap. xix.

Pſalmorum,& Hymnorum ritum in fidelium Exequiis in ipſo Eccleſiæ ortu fieri ſolitum,teſtantur illi ipſi,Clemens,& Dionyſius locis ſupra citatis: Chryſoſtomus in Epiſtola ad Hebręos.

De pſal & lymn. Hom. iiij:

Cereorum,& lampadarum accenſarum cęrimonias priſcis fuiſſe in vſum,Chriſoſtomus Homilia paulò antè citata his verbis demõſtrat:cum enim fideles à deflendis mortuis dehortaretur,

De cereis ac lampadibus.

Digitized by Google

Quid ſibi ait, volunt lampades iſtę feſtiuæ; nonne ſicut athletas eos perducimus? quid etiam hymni? nōne vt Deū glorificemus, & gratias agamus, qui iam coronauit diſcedentē; quid pſallis illo tempore? reuertere anima mea in requiem tuā, quia Dn̄s benefecit tibi, & non timebo mala, quoniam tu mecum es? Idem Chryſoſtomus in Matthęum in precibus, & hymnis eos adiuuari dicit. Idem docēt Ambroſius, & Auguſtinus locis iam citatis.

Hom. 92.

Quid hi ritus ſignificent.

Horum oīum, & reliquorū etiam ſacrorū rituū Damaſcenus in ſermone de Morientibus rōnes aſſignat. Nam ꝙ in fidelium funere cerei circa altare, vel feretrū ardent, propterea fit, vt fidē, quē eſt lumen animarū, ex perſona defunctorū profiteamur; vel vt defunctū cū triūpho ceu victorē athletā deducamus; vel ꝙ ſplendorem, & claritatē gloriæ illi optemus. Dum aūt thus incendimus ex defuncti perſona Deum adoramus, petimusq; noſtras preces quas pro eo effundimus, ſicut incēſum in conſpectū Dei deferri. Aqua benedicta aſpergimus cadauer, tum ne dęmon fideliū orationes impediat, tùm ne cadaueri illudat; & deſideriū noſtrum exprimimus, quo aīas defunctorū cęleſti rore aſpergi optamus, vnde ardor ille purgatorii ignis, mitigetur, & omnino extinguat.

Quare ibi adhibeatur

Aqua benedicta qd ſignificet.

Statutorum autem dierum, qui ad commemorationem pro defunctis faciendam obſeruantur, meminit Clemens Romanus in libro Apoſtolicarum conſtitutionum. Peragitur, ait, dies tertius mortuorum in pſalmis, lectionibus, & rationibus propter eum, qui tertia die reſurrexit: Item dies nonus in commemorationē ſuperſtitum, & defunctorum, & trigeſimus: Moyſes enim hoc modo populos luxit: Ambroſius etiam in Oratione in obitu Theodoſii. Alii, ait, obſeruant tertium diem, & alii trigeſimum, alii ſeptimū, alii quadrageſimum: quælibet obſeruatio habat auctoritatem, quo neceſſarium pietatis impletur officium.

De officijs mortuorū. 3. 7. & 30. dic anim adi Li. 8. c. 40.

Anniuerſarii uerò diei, ſiue annuarū oblationū Tertullianus vetuſtiſſimus auctor meminit lib. de Exhortatione caſtitatis, vbi vxorē fidelis defuncti alloquēs: Repete, ait, apud Deū, pro cuius ſpiritu poſtules, pro quo oblationes annuas reddas. Et his ſimilia dicit lib. de Monogamia, & lib. de Corona militis. D. etiam Auguſtinus in epiſtola, quæ ad Aurelium Carthag. Epiſcopum.

De anniuerſario offō.

Epiſt 64.

Qua vitāda in ſuffragijs mortuorum.

Quare curet Parochus has omnes cærimonias, & ritus circa funus ea modeſtia, & deuotione perficere, vt ad pietatem, & defunctorum ſuffragia quemadmodum verè ſunt, & non ad quæſtū, vt impiè blaſphemant hæretici, inſtituti eſſe videantur? abſint, riſus, mutua collquia, & oculorū vani aſpectus, ſed toto corpore ad grauitatem compoſito, vt decet Dei miniſtrum, circumſtantes ad orandum pro defuncto inuitet: caueat autem, nedum nimis propriè, & quaſi tumultuario pro aliis orat & Deum placete vult, in ſeipſum ob irreligioſum precandi modum irritet.

ORDO

ORDO EXEQVIARVM.

SAcerdos indutus Cotta, & Stola nigra, Clerico præferente Crucem, & alio aquam benedictam: cum peruenerit prope domum vbi iacet defunctus, incipit alta voce Antiphonam. Si iniquitates. Pſalmus.

DE profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris domine: domine, quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legẽ tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in domino.

Quia apud dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

Requiem æternam dona eis domine.

Et lux perpetua luceat ei:

Aña. Si iniquitates obſeruaueris Dñe, Dñe qs ſuſtinebit? Cum fuerit ad cadaner, ſubiungit.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas intẽtationẽ.

℟. Sed libera nos a malo. ℣. In memoria æterna erit iuſtus. ℟. Ab auditione mala non timebit.

℣. Ne

Digitized by Google

℣ Ne tradas beſtijs animam confitentis tibi.
℟ Et animã pauperis tui ne obliuiſcaris ĩ finẽ.
℣ Nõ intres in iudicium cum ſeruo tuo(*vel*) ancilla tua domine. ℟ Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.
℣ A porta inferi. ℟ Erue dñe animam eius.
℣ Requieſcant in pace. ℟ Amen.
℣ Domine exaudi orationẽ meam. ℟ Et clamor meus ad te veniat. ℣ Dñs vobiſcum.
℟ Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

SVſcipe domine animam famuli tui, quã de ergaſtulo huius ſeculi vocare dignatus es; eripe eam de loco pęnarum: vt quietis, ac lucis ęternę beatitudine perfruatur, & inter ſanctos & electos tuos in reſurrectionis gloria ſuſcitari mereatur. Per Chriſtum dñm noſtrum. Amẽ.

¶ Deinde aſpergat cadauer acqua benedicta in modum crucis dicens. ℣ Requiem æternam dona ei domine. ℟ Et lux perpetua luceat ei.
℣ Requieſcant in pace. ℟ Amen.

¶ Et effertur cadauer, dicente Parocho in tono conſueto Añam. Exultabunt domino, &c. Pſal. Miſerere mei, &c. cum cæteris Pſalmis de laudib⁹ Officij Defunctorum, & alijs de Veſp. vel de primo nocturno, vt infra. continuando vſque ad ingreſſum Eccleſiæ. Ac ſi itineris longitudo ita poſtulet, addi poterũt etiam Pſalmi Graduales: Dici etiam poterũt horum loco ſoli Graduales, ſi commodius Sacerdoti nonnũquã id fore videbit. Et in fine dr̃ integra Aña. Exultabunt Domino oſſa humiliata. Pſalmus.

M iſe-

MIſerere mei Deus : ſecundum magnam miſericordiam tuam.
Et ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui, & malũ corã te feci: vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis, & vincas cũ iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
Aſperges me domine hyſſopo, & mũdabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium, & lętitiã: & exultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua: & Spiritũ ſanctũ tuum ne auferas me.
Redde mihi lętitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exaltabit lingua mea iuſtitiam tuam.
Domine labia mea aperies: & os meum annun-

cia-

Digitized by Google

ciabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.
Sacrificium Deo Spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Ieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſtitię, oblationes, & holocauſta: tũc imponẽt ſuper altare tuum vitulos. Requiem æternam, &c. Pſalmus.
TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hieruſalem.
Exaudi orationem meam, ad te oĩs caro veniet.
Verba iniquorum præualuerunt ſuper nos, & Impietatibus noſtris tu propitiaberis.
Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ, ſanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate.
Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: ſpes omniũ finium terræ, & in mari longe.
Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui cõturbas profundum maris, ſonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos a ſignis tuis: exitus matutini, & veſperæ delectabis.
Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam.
Flumen Dei repletum eſt aquis: paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio eius.

Riuos

Digitized by Google

Riuos èius inebrians, multiplica genimina ei⁹: in ſtillicidijs eius lętabitur germinans.
Benedices coronæ anni benignitatis tuę: & cā pi tui replebuntur vbertate.
Pingueſcēt ſpecioſa deſerti: & exultatione colles accingentur.
Induti ſunt arietes ouium, & valles abundabūt frumento: clamabunt ętenim hymnum dicent.
Requiem ęternam, &c. Pſalmus.
DEus Deus meus, ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.
In terra deſerta, & inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicā te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe, & pinguedine repleat̄ anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.
Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: q̄a fuiſti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit aīa mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua.
Ipſi vero in vanum quęſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.
Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia obſtructum eſt os loquentium iniqua. Pſalmus.

Digitized by Google

DEus miſereatur noſtri,&benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos,& miſe reatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam:in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gẽtes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus,confiteantur tibi populi omnes:terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter,benedicat nos Deus.& metuant omnes fines terræ.

Requiem æternam.&c. Pſalmus.

EGo dixi, in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quęſiui reſiduum annorum meorum:dixi,nõ videbo dominum in terra viuentium.

Non aſpiciam hominem vltra:& habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt,& cõuoluta eſt a me: quaſi tarbernacula paſtorum.

Præciſa eſt velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer ſuccidet me : de mane vſque ad veſperam finies me.

Sperabam vſque ad mane: quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea.

De mane vſque ad veſperam finies me: ſicut pullus hirũdinis ſic clamabo,meditabor vt columba.

Atenuati sũt oculi mei:ſuſpicientes in excelsũ.

Domi-

Digitized by Google

Domine vim patior, reſponde pro me: quid dicã, aut quid reſpõdebit mihi, cũ ipſe fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animę meæ.
Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima.
Tu autẽ eruiſti animam meam, vt nõ periret: proieciſti poſt tergum tuũ omnia peccata mea.
Quia non infernus cõfitebitur tibi, neq; mors laudabit te: non expectabunt, qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam.
Viuens viuẽs ipſe cõfitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuã.
Domine ſaluum me fac: & pſalmos noſtros cãtabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini.
Requiem æternam, &c. Pſalmus.
LAudate dominum de cœlis: laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes Angeli eius. laudate eũ omnes virtutes eius.
Laudate eũ Sol, & Luna: laudate eum omnes ſtellæ, & lumen.
Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ omnes quæ ſuper cęlos ſunt: laudent nomen domini.
Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.
Statuit ea in æternum, & in ſeculum ſeculi: pręceptum poſuit, & non præteribit.
Laudate dñm de terra: dracones, & oẽs abyſſi.
Ignis

Digitized by Google

I gnis,grando,nix,glacies, ſpiritus procellarũ: quæ faciunt verbum eius.
M ontes,& omnes colles:ligna fructifera,& omnes cedri.
B eſtię,& vniuerſa pecora:ſerpẽtes,& volucres pennatæ.
R eges terræ,& omnes populi: prncipes, & omnes iudices terræ.
I uuenes,& virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini:quia exaltatum eſt nomẽ eius ſolius.
C onfeſſio eius ſuper cœlum,& terram: & exaltauit cornu populi ſui.
H ymnus omnibus ſanctis eius:filijs Iſrael, populo appropinquanti ſibi. Pſalmus.
C Antate domino canticum nouũ:laus eius in Eccleſia ſanctorum.
L ætetur Iſrael in eo,qui fecit eum:&filiæ Sion exultent in rege ſuo.
L audent nomen eius in coro: in tympano,& pſalterio pſallant ei.
Q uia beneplacitum eſt domino in populo ſuo; & exaltauit manſuetos in ſalutem.
E xultabunt ſancti in gloria : lætabuntur in cubilibus ſuis.
E xultationes Dei in gutture eorum . & gladij ancipites in manibus eorum.
A d faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.
A d alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Digitized by Google

Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Pſalmus.

LAudate dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eũ in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: laudate eũ in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis bene ſonãtibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

Requiem æternam, &c. Pſalmus.

DIlexi, quoniam exaudiet dominus: vocẽ orationis meę.

Quia inclinauit aurem ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo.

Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem, & dolorem inueni: & nomen domini inuocaui.

O domine libera animam meam, miſericors dominus, & iuſtus: & Deus noſter miſeretur.

Cuſtodiens paruulos dominus: humiliatus ſũ, & liberauit me.

Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu.

Placebo domino in regione viuorum.

Requiem æternam,&c. Pſalmus.

AD dominum cum tribularer, clamaui: & exaudiuit me.

Domine libera animam meam a labijs iniquis: & a lingua doloſa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus deſolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Requiem æternam,&c. Pſalmus.

LEuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit cęlũm, & terram.

Non det in commotionem pedem tuum, neq; dormitet qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te: neque luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitũ tuum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

e-

Digitized by Google

Requiem æternam,&c. Pſalmus.

De profundis clamaui ad te do.f.73. Pſalmus.

COnfitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelorum pſallam tibi, adorabo ad templum ſanctum tuum:& confitebor nomini tuo.

Super miſericordia tua,& veritate tua: quoniã magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.

In quacunque die inuocauero te; exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantnr tibi domine omnes reges terræ. quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantet in viis domini: quoniam magna eſt gloria domini.

Quoniam excelſus dominus, & humilia reſpicit:& alta à longe cognoſcit.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me:& ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſaluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me,domine miſericordia tua in ſeculum: opera manuum tuarum ne deſpicias.

Requeim æternam,&c. Pſalmus.

VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ:rex meus,& Deus meus.

Quoniam ad te orabo domine:mane exaudies vocem meam.

Digitized by Google

Mane aſtabo tibi,& videbo: quoniam nõ Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neque per manebunt iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes,qui operantur iniquitatem: per des omnes,qui loquuntur mendacium.
Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur dominus: ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.
Introibo in domum tuam: adorabo ad templũ ſanctum tuum,& confitebor nomini tuo.
Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viam meam.
Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.
Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant: iudica illos Deus.
Decidant a cogitationibus ſuis, ſecundũ multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et lętentur omnes,qui ſperant in te: in ęternũ exultabunt,& habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto.
Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ: coronaſti nos.
Requiem æternam,&c. Pſalmus.
DOmine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
Miſerere mei domine, quoniã infirmus ſum: ſana me dñe, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.
Et

Et anima mea turbata eſt valde : ſed tu domine vſquequo?
Conuertere domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam
Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem ſuſcepit.
Erubeſcant, & conturbentur vehemeuter omnes inimici mei: conuertantur, & erubeſcāt valde volociter.
Requiem æternam dona, &c. Pſalmus.
DOmine Deus meus in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequētibus me, & libera me.
Ne quando rapiat ut leo animam meam: dum non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat.
Domine Deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis.
Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.
Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat & conculcet in terram vitam meam:

Digitized by Google

& gloriam meam in puluerem deducat.
E xurge domine in ira tua: & exultare in finibus inimicorum meorum.
E t exurge domine Deus meus in præcepto, quod mandaſti: & ſynagoga populorum circun dabit te.
E t propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.
I udica me domine ſecundum iuſtitiam meam: & ſecundum innocentiam meam ſuper me.
C onſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum: ſcrutans corda & renes Deus.
I uſtum adiutorium meum à Domino: qui ſaluos facit rectos corde.
D eus iudex iuſtus, fortis, & patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies?
N iſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit,& parauit illum.
E t in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.
E cce parturijt iniuſtitiam, concepit dolorem: & peperit iniquitatem.
L acum aperuit,& effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit.
C onuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.
C onfitebor domino ſecundum iuſtitiam eius: & pſallam nomini domini Altiſſimi.
R equiem æternam dona eis, &c.
Tum in fine repetitur tota Antiphona.
Exultabunt domino oſſa humiliata.

Poſit.


Digitized by Google

Poſito in eccleſia feretro, Parochus incipit abſolute in tono conſueto Orationem.

NOn intres in iudicium cum ſeruo tuo, vel ancilla tua domine, quia nullus apud te iuſtificabitur homo, niſi per te omnium peccatorum ei tribuatur remiſſio. Non ergo eum quæſumus tua iudicialis ſententia premat, quem tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianæ commendat. Sed gratia tua illi ſuccurrēte mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret inſignitus fuit ſignaculo Sanctæ Trinitatis. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℞. Amen.

Deinde cantor incipit.





Pri-

Digitized by Google

Primus Chorus dicat.



Et ſecundus Chorus dicat.



Deinde omnes ſimul dicant.



Et eo finito, Sacerdos dicat alta voce.

Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.

Et dum dicitur, aſpergit corpus aqua benedicta, & incenſat.

℣. A porta inferi.

℟. Erue domine animam eius.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo corpora noſtra, ſed mutantur in melius: te ſupplices deprecamur, vt ſuſcipi iubeas animam famuli tui per manus ſancto-

rum

rum Angelorum deducendam in ſinum amici tui Abrahæ Patriarchæ, ſuſcitandamque in nouiſſimo magni Iudicij die: & quicquid vitiorum diabolo fallente contraxit, tu pius, & miſericors abluas indulgendo. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea cantatur ℟.



Tre-


Tremens factus ſum ego, & ti meo,
dum diſcuſſio ve nerit, atque ventura ira.
Quando cœli mouendi ſunt, &
terra. ℣. Dies illa, dies ir æ, Ca-
lamitatis & miſeriæ: di es magna,
& amara valde. Dum. ℣. Requiem æter-
nam dona e is domi ne: & lux



Repetatur vſque ad ad ſeculum per ignem, incluſiuè.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. Pater noſter.

Interim corpus aqua benedicta & incenſat.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue domine animam eius.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.


ABſolue domine animã famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in reſurrectionis gloria inter ſanctos & electos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per Chriſtum dominum noſtrũ. Amen.

Hic


Hic cantentur Litaniæ in tono, vt infra, vbi fuerit ſancta conſuetudo eas canendi.



Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſ.



Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.




Pater de cœlis Deus miſerere ei.



Fili Redemptor mundi Deus miſerere ei.




Spiritus ſancte Deus miſerere ei.



Sancta Trinitas vnus Deus miſerere ei.

San-



Sancta Maria ora pro eo, vel ea

Omnes ſancti Angeli & Archangeli orate.
Sancte Abel ora pro eo.
Omnis Chorus iuſtorum orate pro eo.
Sancte Abraham ora pro eo.
Sancte Ioannes Baptiſta ora pro eo.
Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetę orate.
Sancti Petre & Paule orate pro eo.
Sancte Andrea ora pro eo.
Sancte Ioannes ora pro eo.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini orate.
Omnes ſancti Innocentes orate pro eo.
Sancte Stephane ora pro eo.
Sancte Laurenti ora pro eo.
Omnes ſancti Martyres orate pro eo.
Sancte Sylueſter ora pro eo.
Sancte Auguſtine ora pro eo.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, orate.
Sancte Benedicte ora pro eo.
Sancte Franciſce ora pro eo.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitę orate.
Sancta Maria Magdalena, ora pro eo
Sancta Lucia ora pro eo.
Omnes ſancti Virgines, & Viduæ orate.
Omnes ſancti & ſanctæ Dei, intercedite ꝓ eo.
Propitius eſto parce ei domine.

pro-

Propitius eſto, libera eum, vel eam domine.
Ab omni malo, libera eum domine.
A pœnis inferni libera eum domine.
Per Natiuitatem tuam libera eum domine.
Per Crucem,& Paſſionem tuam libera eum.
Per mortem & ſepulturam tuam libera eum.
Per glorioſam Reſurrectionem tuam, libera eum domine.
Per admirabilem Aſcenſionem tuam, libera eum domine.
Per gratiam Spiritus ſancti paracliti, libera.
In die iudicij libera eum domine.
Peccatóres te rogamus, audi nos.
Vt ei parcas te rogamus, audi nos.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.


Tunc defertur feretrum ad locum ſepulturæ canente Choro.



In Paradiſum deducant te Angeli in




tuo aduentu ſuſcipiant te Martyres,




& perducant te in ciuitatem ſanctam

Hie-

Digitized by Google



Hierusalem. *Antiph.* Ego ſum reſur-



rectio. E v o v a e.

Canticum Zachariæ:

BEnedictus dominus Deus Iſrael: qui viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui a ſeculo ſunt prophetarum eius.

Salutẽ ex inimicis noſtris: & de manu omniũ, qui oderunt nos.

Ad faciẽdam miſericordiam cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrẽ noſtrum: daturum ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorũ noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorum eorum.

per


Digitized by Google

Per viſcera miſericordię Dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his q̧ in tenebris,&in vmbra mortis ſedent : ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.
Requiem æternam: dona eis Domine.
Et lux perpetua luceat eis.

Antiphona.



Ego ſum reſurrectio, & vita : qui cre-



dit in me,etiam ſi mortuus fuerit, viuet:



& omnis qui viuit & credit in me, non



morietur in æternum.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. Pater noſter.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo. A porta inferi.
℟. Erue domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo

Oremus. Oratio.

Satisfaciat tibi, quæſumus Dñe Deus noſter, pro anima famuli tui, ſanctę Dei genitricis ſemperq́ue Virginis Mariæ, omniumque ſanctorum tuorum oratio,& præſentis familiæ tuæ deuota ſupplicatio: vt peccatorum omniũ veniam quam precamur obtineat, nec eum patiaris cruciari gehennatibuis flãmis quem filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti precioſo ſanguine redemiſti, qui tecum & cum ſpiritu ſancto viuit,& regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona ei domine.
℟. Et lux perperua luceat ei. ℣. Requieſcat in pace, ℟. Amen.

¶ Supradictis omnibus peractis, Sacerdotes & Clerici in Sacriſtiam, Cruce præcedẽte, reuertantur, interim dicentes Pſal. De profundis. cum oratione in fine. Deus cuius miſeratione, vel alia generali ad libitum.

EXEQVIAE SACERDOTVM.

IN Exequijs Sacerdotum,& aliorũ qui ſunt in ſacris conſtituti, ſupradictum cõmune officium dicatur donec cadauer in Eccleſia poſitum erit quo poſito, ſequantur vt infra.

Regem

Digitized by Google

Regem cui omnia viuunt,&c. vſque ad finem, deinde dicatur, Non intres, cum ſequentibus vt ſupra.

Ad Matutinum Inuitatorium.




Re gem. ℣. Quoniam Deus ma-
gnus Dominus : & rex magnus ſuper
omnes Deos, quoniam non re pel
let dominus plebem ſuam : quia in ma-
nu eius ſunt omnes fines terræ : & al ti-
tudines montium ipſe conſpicit . Ve-
ni te. ℣. Quo ni am ip ſi us eſt


maré


mare, & ipſe fecit illud, & aridã fundaue-
runt manus eius. Venite adoremus, &
procedamus ante Deum, ploremus coram
dño, ꝗ fecit nos, quia ipſe eſt dñs Deus
noſter, nos autẽ populus eius, & oues pa-
ſcuæ eius. Regem. ℣. Hodie ſi vocem
eius, audieritis nolite obdurare corda




qui-


Digitized by Google




quibus iuraui in ira mea : ſi introibunt




in requi em me am. Regem. ℣.



Requiem æternam dona eis domine.



Et lux perpetua luceat eis. Regem cui.




Antiph. Dirige. E v o v a e.

Pſal. Verba mea auribus percipe, &c. fol. 84.



Aña. Dirige domine Deus me us




in conſpectu tuo viam meam. E v o v a e.




Antiph. Conuer tere domine,


Pſal. Domine ne infurore tuo arguas me.f.83.



Aña. Conuer tere dñe, & eripe animam



meam, quoniam non eſt in morte qui me-



mor ſit tui. E v o v a e. Aña. Ne quando.

Ps. Dñe Deus meus in te ſperaui, fol. 84.



Aña. Nequando rapiat vt leo animam



meam: dum non eſt qui redimat: neque



qui ſaluum faciat. E v o v a e.

Digitized by Google


A porta inferi.
Erue domine animas eorum.
ater noſter.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera a nos à malo.

Lectio prima.

Arce mihi domine, nihil enim sũt dies mei. Quid eſt homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illum. Vſquequo nõ parcis mihi: nec dimittis me, vt glutiam ſaliuã meam? Peccaui. Quid faciã tibi o cuſtos hominum? Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis? Cur nõ tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam: & ſi mane me quæſieris, non ſubſiſtam.

Reſponſorium.






de terra ſurrectu rus ſum. Et in car-
ne me a vide bo De-
um ſaluato rem
me um. ℣. Quem viſurus ſum
ego ipſe & non ali us:
& oculi mei conſpecturi
ſunt. Et in carne.


Lectio

Lectio ſecunda.

TAedet animam meam vitæ meæ. dimittã aduerſum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo: noli me cõdemnare. Iudica mihi, cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur: ſi calumnieris, & opprimas me opus manuum tuarũ: & conſiliũ impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu vides? Nũquid ſicut dies hominis, dies tui: & anni tui ſicut humana ſunt tempora? Vt quæras iniquitatẽ meã & peccatum meum ſcruteris. Et ſcias: quia nihil impium fecerim: cum ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere.

Reſponſorium.





em,& locum indul gen tiæ. ℣.



Qui venturus es iudicare vi-



uos,& mortu os,& ſecu lum per



i gnem. Tu eis.

Lectio tertia.


MAnus tuæ domine fecerũt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu,& ſic repéte præcipitas me? Memento quæſo, quod ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nõne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulnſti? Pelle,& carnibus veſtiſti me, oſſibus,& neruis compegiſti me. Vitam, & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodinit ſpiritum meum.



℟. Domi ne quando vene ris iudi-



Digitized by Google



æternã dona eis domine, & lux per-



petua lu ceat e is. Quia.

¶ Deinde proſequatur, vt ſupra in exequijs Laicorum per ordinem incipiẽdo. Non intres. cum ſequentibus, vt ſupra. fol. 87.

EXEQVIAE PVERORVM.

¶ Cum accedit ad cadauer, Cotta, & Stola alba indutus Sacerdos, Cruce pręcedente, & Clerico aquam benedictam cum aſpergillo deferente, dicat Antiphona. Sit nomen Domini.

Pſalmus.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

A ſolis ortu vſque ad occaſum: laudabile nomen domini.

Excelſus ſuper omnes gentes dominus: & ſuper cœlos gloria eius.

Quis ſicut dominus Deus noſter, qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cęlo, & in terra.

Suſcitans a terra inopem: & de ſtercore erigẽs pauperem.


Digitized by Google

Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem.
Gloria patri,& filio.&c. Aña. Sit nomen domini benedictum in ſæcula.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. ℟. Et cõfirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.
DEus totius cõſolationis,qui pueris etiam per Baptiſmi gratiam cœleſtia largitis innocentiæ præmia: concede propitius, vt quæ illis gaudia contuliſti, eadem nos, ſicut modo geniti infantes,conſequamur. Per dominum.
¶ Deinde aſperget puerũ Aqua benedicta in modum Crucis,& dum portatur ad Eccleſiam incipit in tono conſueto. Antiphona.
Iuuenes,& Virgines.&c.
Pſal. Laudate dominum de cœlis,fol. 81.
Pſal. Beati immaculati,in via. fol.51.
Pſal. Laudate pueri dominum. vt ſupra. cum Gloria pat, quia ſi non ſufficiant ob longitudinem itineris ad Eccleſiam,addãtur Pſalmi Graduales,quibus finitis repetitur Antiphona. Canendo, vel legendo pro diſpoſitione Sacerdotis. Antiphona.

Iuue-



Iuuenes, & virgines, ſenes cũ iunioribus




laudent nomen domini. E v o v a e.


Poſito autem puero in eccleſia, dicitur Antiphona.



Hic accipiet benedictionem a domino,



& miſericordiam a Deo ſalutari ſuo, quia



hæc eſt generatio quærentium dominum.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Talium eſt enim regnum cœlorum. ℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omni-

OMnipotens ſempiterne Deus, ſanctæ puritatis amator, qui animam huius paruuli de hoc mundo ad cœlorum regna miſericorditer vocare dignatus es: concede nobis, vt meritis Beatæ Mariæ ſemꝑ virginis, & omnium ſanctorum, cũ eiſdem gaudijs perfrui mereamur ęternis. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℞. Amen.

Deinde aſpergat Aqua benedicta: & dũ tumulatur, dicitur Canticum triũ Puerorum. Ana. Benedicite dominum omnes electi eius. Cant.

BEnedicite omnia opera domini domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite angeli domini domino: benedicite cœli domino.

Benedicite aquę omnes, quæ ſuper cœlos ſunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite Sol, & Luna domino: benedicite ſtellæ cœli domino.

Benedicite imber, & ros domino: benedicite omnes ſpiritus Dei domino.

Benedicite ignis, & æſtus domino: benedicite frigus, & æſtas domino.

Benedicite rores, & pruina domino: benedicite gelu, & frigus domino.

Benedicite glacies, & niues domino: benedicite noctes, & dies domino.

Benedicite lux, & tenebræ domino: benedicite fulgura, & nubes domino.

Benedicat terra dominũ: laudet, & ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite montes, & colles domino : benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.
Benedicite fontes domino: benedicite maria, & flumina domino.
Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres cęli domino.
Benedicite omnes beſtię, & pecora domino: benedicite filij hominum domino.
Benedicat Iſrael dominum: laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula.
Benedicite Sacerdotes domini domino: benedicite ſerui domini domino.
Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum domino: benedicite ſancti, & humiles corde dño
Bñdicite Anania, Azaria, Miſaël domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spiritu: laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.
Benedictus es domine in firmamento cœli: & laudabilis, & glorioſus, & ſupexaltatus ĩ ſęcula.
Et reperitur Antiphona. Benedicite dominum omnes electi eius, agite diem lætitiæ, & confitemini illi. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui miro ordine, Angelorum miniſteria, hominumque diſpenſas, concede propitius: vt quibus tibi miniſtantibus in cęlo ſemper aſſiſtitur ab his in terra vita noſtra muniatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

OFFI-

Digitized by Google

OFFICIVM ANNIVERSARIVM pro Defunctis.

FInita Miſſa, Sacerdos depoſita caſula, & manipulo, præcedēte Cruce, aqua bñdicta & libro, accedēs ad ſepulturam dicat, Antiph. Si iniquitates. Pſalmus. De profundis. totus. Requiem æternam, &c. & repetitur Antipho. Si iniquitates obſeruaueris domine, dominė quis ſuſtinebit? Et cum peruenerit ad ſepulchrum, dicit, ſiue cantat. Qui Lazarum. f. 107. totum vel aliud ℟. Libera me domine. f. 190. vel etiam vtrunque, Pro defuncto Sacerdote. ¶ Deinde Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Secreto, & iterim aſpergit tumultum aqua benedicta: & incēſat ſi vult. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

¶ Pro vno defuncto.

ABſolue, quæſumus domine animã famuli tui ab omni vinculo delictorum, ut in reſurrectionis gloria inter ſanctos, & electos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ Pro pluribus defunctis. Oratio.

DEus indulgentiarum Domine, da animabus famulorum famularumque tuarum,

Digitized by Google

¶ Pro Patre, & Matre.

DEus qui nos patrem, & matrem honorare præcepiſti, miſerere clementer animabus patris & matris meæ, eorumq́ue peccata dimitte: meq́; eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amē.

¶ Pro defu ncta fœmina.

QVæſmus domine, pro tua pietate miſerere animæ famulę tuę, & a cōtagijs mortalitatis exutam, in æternę ſaluationis partem reſtitue. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ In die iij. vij. vel xxx. depoſitionis defuncti.

QVæſumus domine, vt animæ famuli tui, vel famulæ tuæ N. cuius depoſitionis diē tertium, vel ſeptimum, vel trigeſimū commemoramus, ſanctorum, atque electorum tuorum largiri digneris conſortium: & rorem miſericordiæ tuæ perēnem infundas. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ Oratio pro omnibus defunctis.

FIdelium Deus omnium conditor, & redemptor: animabus famulorum, famularumq; tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur, Qui viuis, & regnas in ſęcula ſęculorum. Amen.

¶ In fine vltimæ orationis ſubiungit

℣. Requiem æternam dona eis domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Digitized by Google

DE SACRAMENTO Matrimonij.



Docēdus populus de ijs quæ ad Sacramētum matrimonij ꝑtinent.

DILIGENTER & ſæpe admoneat Paroch⁹ infra Miſſarum ſolēnia, Matrimonia clādeſtina iuxta decreta Cōcilij Tridētini inualida eſſe: ut & puellæ cautæ ſint, neue ſe falli ſināt: & parentes ipſi, aliiue affines nemini filias ſuas, niſi ſeruato huius Cōcilij decreto, cōiungant. Tractet inſuper ſæpe de huius Sacramenti ſanctitate, & in fine quō contrahendū eſt atque de bonis, quę ex eo naſcuntur, iuxta Romani Cathechiſmi doctrinā, ne ad illud contrahendum tanquā equus, & mulus, in quibus non eſt intellectus: ſed vt decet pios, & ſanctos, præmiſſa confeſſione, & communione accedant.

Quando ſponſi benedicendi.

Quando legitime celebrantur nuptiæ.

Aduertat poſtremò ipſe Parochus omnes, tam viros, quam mulieres, ſiue virgines ſint, ſiue non, qui ſemel benedicti non ſunt, eſſe benedicendos: quòd ſi alter coniugum alias benedictionem accepit, non ſunt amplius benedicendi.

Quæ ſeruare debeat Parochus verba in matrimonio contrahendo.

Aduotandum etiam viſum eſt eiuſdem Concilii decretum, quo tempore ſint celebrandæ nuptiæ, ſic dicens. A dominica prima Aduentus vſque ad diem Epiphaniæ. Et a feria iiii. Cinerum vſque in octauam Paſchatis incluſiue, ſancta ſynodus ſolēnitates nuptiarum prohibet. In aliis vere temporibus nuptias ſolenniter celebrari permittit.

Digitized by Google

¶ Si Matrimonium igitur in Parochia contrahendum ſit publicationibus factis tribus feſtis diebus, ex forma Concilij Tridentini, ſi nullũ obſtet lagitimum impedimẽtum. Parochus in Eccleſia Parchiali, & in mane ante prãdium, cotta, & ſtola indutus, tribus, vel duobus adminus legitimis aſtantibus teſtibus, virum & mulierẽ decõſenſu in Matrimonium interroget.

¶ Hic Sarcerdos requirat contrahentium conſenſum in hæc verba.

N. Placet tibi accipere, N. in tuam legitimam vxorem, vel maritũ, prout vult Sancta Mater Eccleſia? Quibus reſpondẽtibus, placet, ubeat iungere inuicẽ dexteras, dicens in hũc ſenſum.

Ego vos coniungo in Matrimonium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Et aſpergat eos Aqua benedicta, & benedicat annulum.

Si ex Epiſcopi diſpenſationè Matrimonium domi celebratum erit præſente parocho, & teſtibus, vel prætermiſſis, vel dilatis denunciationibus: cum ſponſi ad Eccleſiam venient benedictionem accepturi, videat Sacerdos, ne iterũ a contrahentibus conſenſum ſupradictum exigat: ſed benedictionem illis ſolam, vt infra conferat.

BENEDICTIO ANNVLI.

SAcerdos. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor mẹus ad te veniat.

Digitized by Google

dicitur Miſſa dici, cum Commemoratione pro ſponſa, & benedictione quæ dicitur poſt Pater noſter. oratione, quæ eſt poſt orationem Poſtcommunio. Deinde coniugum nomina, diemque, & locum contracti matrimonij in libro deſcribat, ſecundum Sacri Concilij Tridentini decretum.

¶ Coniuges autē illi qui benedicendi nō ſunt, ſi matrimonio iungantur, nihil refert ante ne, an poſt Miſſam contrahant, modo ſeruentur omnia vt ſupra, excepta benedictione Miſſæ.

DE BENEDICTIONE MVLIERIS poſt partum.

ET ſi nullo præcepto aſtringantur puerperę, vbi conualuerint, templum adire, & Sacerdotis benedictionem petere: tamē ſi quæ id faciunt, haud damnandæ ſunt, ſed potius ualde commendādæ. Si qua igitur puerpera poſt partum ad Eccleſiam gratias actura pro incolumitate ſua venerit, petieritque a Sacerdote benedictionem, ipſi ante Altare genuflexe benedicat in hunc modum.

Antiph. Anima mëa illi viuet, & ſemen meum ſeruiēt ipſi. *Pſalmus.*

LAudate Dominum omnes gētes: & collaudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas domini manet in æternum.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

E

Digitized by Google

Et repetitur Antiph. Anima mea illi viuet, & ſemen meum ſeruiet ipſi. Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Saluum fac ancillam tuam.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Eſto ei domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui per beatæ virginis partum fidelium parentium dolores in gaudium cõuertiſti: concede propitius; vt hæc famula tua quæ te fęcunditatis ſuæ auctorem, & ſeruatorem lęta cognouit, eiuſdẽ beatę Marię meritis, & interceſſione, ad ęternę beatitudinis gaudia, vna cum prole ſua, peruenire mereatur. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde confeſſione generali præmiſſa, aſpergatur aqua benedicta.

Digitized by Google

DE AQVA BENEDICTA Et eius inſtitutione.



ALEXANDER Pontifex & martyr, qui ſeptimus a Beato Petro Apoſtolo fuit, primus in Eccleſia vſum Aquæ benedictæ inſtituit tum ad dæmones fugandos, & eorum terriculamenta vitanda: tum etiam, ut qui cũ pietate, & fide in Deum ea aſperguntur, a leuioribus peccati emundati, apti reddatur ad preces fundendas. Quare debet Parochus monere commiſſum ſibi populum, vt non ſolum cum Eccleſiam ingrediuntur, ea deuotè aſpergantur, ſed eam etiã domi in cubiculis habeant, ſeq;, ac filios ſuos, cum cubitum eunt, aſpergant; quin verò greges, & armenta, atque etiam fruges, vti periculis, quæ Dæmonum fraude euenire poſſent, tutæ ſint.

Igitur Sacerdos dominicis diebus, antequam ſacrum celebret, cotta & ſtola indutus, aquam benedicat, & omnibus, vt eã domum ſecũ portent, poteſtatem faciat, quin etiam, vt faciat hortetur.

Digitized by Google

Spiritus Sancti: ✠ vt fias aqua exorzitata ;ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare, & explantare valeas cum angelis ſuis apoſtaticis. Per virtutem eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Oratio

DEus, qui ad ſalutẽ humani generis maxima quæq; Sacramenta in aquarũ ſubſtantia condidiſti, adeſto propitius inuocationibus noſtris: & elemento huic multimodis purificationibus pręparato, virtutem tuæ bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua myſteriis tuis ſeruiens, ad abigendos dæmones, morboſque pellẽdos diuinæ gratię ſumat effectum: vt quiequid in domibus, vel in locis fidelium hac vnde reſperſerit, carceat omni immũditia, liberetur a noxa: non illic reſideat Spiritus peſtilẽs, non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici: & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitãtiũ inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat: vt ſalubritas per inuocationẽ tui ſancti nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, &c. ℟. Amen.

Hic mittat Sal in aqua in modum Crucis, dicendo.

Commixtio ſalis, & aquæ pariter fiat, in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

℣. Do-

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.


DEus inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij rex, ac ſemp̄ magnificus triū-phator, qui aduerſę dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis ſęuitiam ſuperas: qui hoſtiles nequitias potenter expugnas, te domine trementes. & ſupplices deprecamur, ac petimus: vt hanc creaturam ſalis, & aquæ dignāter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tuæ rore ſan ✠ ctifices: vt vbicunque aſperſa fuerit, per inuocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur, terrorque venenoſi ſerpentis procul pellatur, & pręsētia ſancti Spiritus nobis miſericordiam tuā poſcentibus vbique adeſſe dignetur. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

ASPERSIO AQVAE BENEDICTAE in Eccleſiis diebus Dominicis.

¶ Sacerdos Miſſam celebraturus, genuflexus aſpergat prius Altare, poſtea ſeipſum, & populum, dicens Antiphonam.




deal-



de al ba bor. Pſal. Miſerere mei




Deus, ſecundum magnam miſericordiã




tuam. ℣. Glo ri a patri, & fi lio, & ſpi-



ritui ſancto . Sicut erat in princi pio, &



nunc & ſemper: & in ſecula ſecu lorum.




Amen. Antiph. A ſper ges me.

In Dominica de Paſſione, & in Dominica Palmarum non dicitur Gloria pat. ſed poſt Pſal. Miſerere. repetitur immediate . Antiphona. Aſperges me, &c.


Digitized by Google



lu ia. Pſal. Confitemini Domino



quoniam bonus: quoniam in ſeculum



miſericor di a eius. ℣. Gloria patri, &



filio, & ſpiritui ſancto. Vidi a quam.

℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuã. Et additur. Alleluia. Tempore Paſchali.

℟. Et ſalutare tuum da nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Oratio.

EXaudi nos domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis: qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

BENEDICTIO AQVAE, quæ fit in Vig. Epiphaniæ.


POſt Completorium presbyter, & miniſtri, veſtibus ſacris induti procedunt ad locum vbi alueolus cum aqua benedicenda eſt præparatus: & vbi cantāt ſubſcriptas antiphonas, cū ſuis Pſalmis ſequentibus. Antiphona.



V ox domini ſuper aquas: alleluia,



Deus maieſtatis intonuit, alleluia.



Pſalmus. A fferte domino.

AFferte domino filij Dei: afferte domino filios arietum.

Afferte domino gloriam, & honorem: afferte dominu gloriam nomini eius, adorate dominum in atrio ſancto eius.


Vox domini ſuper aquas, Deus maeſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas.

Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.


Vox

Vóx domini confrigentis cedros:& confringet
dominus cedros libani.
Et comminuet eas, tanquam vitulum libani:
& dilectus quemadmodum filius vnicornium.
Vox domini intercedẽtis flammam ignis, vox
domini concutientis deſertum: & commoue-
bit dominus deſertum Cades.
Vox domini præparantis ceruos, & reuelabit
condenſa:& in templo eius oẽs dicent gloriã.
Dominus diluuiũ inhabitare facit: & ſedebit
dominus rex in æternum.
Dominus virtutem populo ſuo dabit: domi-
nus benedicet populo ſuo in pace.
Gloriapatri,& filio,&c.


Inde reſumitur Antiphona. Vox Domini.



Antiph. In eccleſijs benedicite domi-



num, alleluia, de fontibus Iſrael,



alleluia. Exurgat Deus.

EXurgat Deus, & diſſipentur inimici eius:
& fugiant qui oderunt eum,a facie eius.

Sicut deficit fumus deficiãt,ſicut fluit cera à facie ignis·ſic pereant peccatores à facie Dei.
Et iuſti epulentur,& exultent in cõpleƈtu Dei: & deleƈtentur in lætitia.
Cantate Deo,pſalmũ dicite nomini eius, iter facite ei,qui aſcendit ſuper occaſum: dominus nomen illi.
Exultate in conſpeƈtu eius: turbabuntur faà cie eius patris orphanorum,&iudicis viduarũ.
Deus in loco ſanƈto ſuo: Deus qui habitare facit vnius moris in domo.
Qui educit vinƈtos in fortitudine:ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.
Deus cũ egredereris in conſpeƈtu populi tui: cum pertranſires in deſerto.
Terra mota eſt,etenim cœli diſtillauerunt a facie Dei Sinai: a facie Dei Iſrael.
Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuę,& infirmata eſt:tu vero perfeciſti eã.
Animalia tua habitabũt in ea:paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.
Dominus dabit verbum euangelizantibus:virtute multa.
Rex virtutum dileƈti dileƈti:& ſpeciei domus diuidere ſpolia.
Si dormiatis inter medios cleros,pennæ colũbæ deargẽtatę: & poſteriora dorſi eius in pallore auri.
Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

Digitized by Google

Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid ſuſpi camni montes coagulatos?
Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim dominus habitauit in finem.
Currus Deus decẽ millibus multiplex millia lę tantium: dominus in eis in Sinai in ſancto.
Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem: acce piſti dona in hominibus.
Etenim non credentes: inhabitare dominum Deum.
Benedictus dominus die quotidie: proſperũ iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorũ.
Deus noſter Deus ſaluos faciendi: & Domini, Domini exitus mortis.
Veruntamen Deus confringet capita inimico rum ſuorum: verticem capilli perambulantiũ in delictis ſuis.
Dixit dominus, ex Baſan conuertam: conuer- tam in profundum maris.
Vt intingatur pes tuus in ſanguine: lingua ca- num tuorum ex inimicis ab ipſo.
Viderunt ingreſſus tuos Deus: ingreſſus Dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto.
Pręuenerunt principes coniuncti pſallentibus: in medio iuuencularum tympaniſtriarum.
In eccleſijs benedieite Deo dominor de fonti bus Iſrael.
Ibi Beniamin adoleſcentulus: in mentis ex- ceſſu.
Principes Iudæ duces eorum: principes Zabu lon, & principes Neptalim.

Digitized by Google

Manda Deus virtuti tuę: confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Ieruſalem: tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis congregatio taurorū in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati ſunt argento.

Diſſipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Aegypto: Aethiopia prępueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate Deo: pſallit domino.


Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cœlum cœli: ad orientem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis: dare gloriam Deo ſuper Iſrael, magnificētia eius, & virtus eius in nubibus.

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael: ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus.

Gloria patri, & filio, &c.

Iterum reſumitur Antiphona In eccleſijs.



Antiph. Ipſe liberauit me: alleluia,



de laqueo venantium: alleluia.

Pſal-



Pſalmus. Qui habitat in adiutorio.

QVi habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicet domino, ſuſceptor meꝰ es tu: & refugium meum Deus meus ſperabo in eũ.

Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium: & a verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.

A ſagitta volante in die, a negotio perambulãte in tenebris: ab incurſu, & dæmonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, & decẽ millia a dextris tuis: ad te autem non approquinquabit.

Veruntamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es domine ſpes mea: altiſſimũ poſuiſti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis: &

Digitized by Google

conculcabis leonem, & draconem.

Quoniam in me ſperauit liberabo eum, protegam eum : quoniam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me, & ego exaudiam eũ, cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum : & oſtendam illi ſalutare meum.

Gloria patri, & filio, & c.

Iterum reiteratur Antiph. Ipſe liberauit me.

Quibus finitis, ſacerdos in mediũ chori procedens, ſic canendo dicit. Exaudi nos Domine. Deinde ſequitur Chorus. quoniã benigna eſt miſericordia tua : & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice nos Domine.

Sacerd Saluum me fac Deus, quoniã intrauerunt aquæ. Chorus. Vſq; ad animam meam.

Sacerdos. Glorria patri, & filio, & Spiritui ſancto. Chorus Sicut erat in principio, & nũc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Iterum Sacerdos incipit Exaudi nos domine. Chorus. quoniã benigna eſt miſericordia tua: & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice nos domine.

Deinde dicitur Letaniæ catando.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus miſerere nobis.

San-

Digitized by Google

Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora pro nobis.
Sancta virgo virginum ora pro nobis.
Sancte Michael ora pro nobis.
Sancte Gabriel ora pro nobis.
Sancte Raphael ora pro nobis.
Omnes ſancti Angeli,& Archangeli orate.
Omnes ſancti beatorũ ſpirituũ ordines orate.
Sancte Ioannes Baptiſta ora.
Sancte Ioſeph ora.
Omnes ſancti Patriarchæ,& Prophetæ orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Ioannes ora.
Sancte Marce ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtę, orate.
Sancte Stephane, ora pro nobis.
Sancte Laurenti, ora pro nobis.
Sancte Vincenti ora pro nobis.
Sancte Theodore ora pro nobis.
Omnes ſancti Martytes orate.
Sancte Sylueſter. ora pro nobis.
Sancte Gregori ora pro nobis.
Sancte Martine ora pro nobis.
Sancte Auguſtine. ora pro nobis.
Omnes ſancti Pontifices & Cõfeſſores orate.
Sancte Benedicte ora pro nobis.
Sancte Dominice ora pro nobis.
Sancte Franciſce ora pro nobis.
Sancte Antoni ora pro nobis.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ orate.

San-

Digitized by Google

S ancta Maria Magdalena ora pro nobis.
S ancta Agnes ora pro nobis.
S ancta Agatha ora pro nobis.
S ancta Vrſula cum toto tuo comitatu ora.
O ẽs ſancti & ſanctæ Dei, intercedite pro nõ.
P ropitius eſto parce nobis domine.
P ropitius eſto exaudi nos domine.
A b omni malo libera nos domine.
A b omni peccato, libera nos domine:
A morte perpetua libera nos domine.
P er myſterium ſanctæ incarnationis tuæ, lib
P er Aduentum tuum libera nos domine.
P er natiuitatem tuam libera nos domine.
P er baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum, libera nos domine.
P er crucem, & Paſſionẽ tuam, libera nos do.
P er mortem & ſepulturam tuam, libera.
P er ſanctam Reſurrectionem tuam, libera.
P er admirabilem Aſcenſionem tuam, libera libera nos domine.
P er Aduentum Spiritus ſancti paracliti, libera nos domine.
I n die iudicij libera.
P eccatores te rogamus.
V t nobis parcas, te rogamus.
V t nobis indulgeas, te rogamus.
V t eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſeruare digneris, te rogamus.
V t domnum Apoſtolicum, & omnem Eccleſiaſticos ordines, in ſancta religioue conſeruare digneris, te rogamus.

Hic

Hic Sacerdos, qui facit officium, exurgens in medio dicat hos tres ℣. gradatim, erigendo vocem.

Vt hanc aquam bene ✠ dicere digneris, te rogamus audi nos.

Vt hanc aquam bene ✠ dicere, & ſanctificare digneris, te rogamus, audi nos.

Vt hanc aquam bene ✠ dicere, ſan ✠ ctificare, & conſecrare digneris, te rogamus, audi nos.

Sequantur cantores.

Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare, & conſeruare digneris, te rog.

Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, te rogamus.

Vt fructus terræ dare, & conſeruare digneris, te rogamus audi nos.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus,

Vt nos exaudire digneris, te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Sacerdos qui facit officiũ, dicat Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Sal-

Digitized by Google

℣. Saluos nos fac domine Deus noſter. ℟. Et congrega nos de nationibus. ℣. Vt cōfiteamur nomini sācto tuo. ℟. Et gloriemur in laude tua. ℣. Benedictus Dominus Deus Iſrael a ſeculo. ℟. Et vſque in ſeculum fiat, fiat.

Sufflat in aquam tribus vicibus, ſic dicendo.

Exufflo te omnis legio ſathanæ. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. Am̄.

Exorciſmus qui dicitur cantando.

EXorcizo te creatura aquæ: In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & ſpiritus ✠ ſancti: ne cō munices vlli ſpiritui immundo: ſed dabis honorem viuenti, atque regnanti: patri, & filio, & ſpiritui ſancto: vt vbicunque aſperſa fueris: ſpiritus immundus ab eo loco recedat: Itemq; adiuro te creatura aquę: in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, filij Dei viui, regis & iudicis noſtri: vt ſis purgatio, & ſanctificatio hominum: quos Deus ad ſuam ſanctam gratiā vocare dignatus eſt. Te ergo inuoeo, domine ſancte, pater omnipotens, æterne Deus; vt hanc aquam exorcizare, & bene ✠ dicere pro tua pietate digneris: vt omnis immundus ſpiritus locum in ea vltra nō habeat, vel poteſtatem, ſed vbicunque aſperſa fuerit, Angelorum tuorum ibi deſcendat exercitus. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculū per ignē. ℟. Am̄.

Deinde Subdiaconus, vel acolytus dicat.

Lectio libri Numeri.

N diebus illis. Conuenerunt filii Iſrael ad Moyſen, & Aaron: & verſi in ſeditionem di-

xerunt.

Digitized by Google

xerunt. Da nobis aquam, vt bibamus. Ingreſſusq́; Moyſes & Aaron, dimiſſa multitudine ante tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram: clamaueruntque ad dominum, & dixerunt: Domine Deus exaudi clamorẽ populi huius: & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ viuæ: vt ſatiati ceſſet murmuratio eorũ, Et apparuit gloria domini ſuper eos.

Chorus cantet tractum.





maie-

Digitized by Google



Diaconus accepta benedictione dicit.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore. In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus, & clamabat dicẽs. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ viuę. Hoc autem dixit de ſpiritu, quẽ accepturi erant credentes in eum.

Exorciſmus aquæ, qui debet cantari.

EXorcizo te creatura aquæ, per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, per Deum totius creatorem, vt te mũdam exhibeas contra omnem morbum, atque inſidias inimici: & diabolicas poteſtates. Vt vbicunque aſperſa fueris, ſit propitio Deo defenſa domus ipſa. Et ſicut defenſæ fuerunt in Aegypto domus hebræorum per ſignum ſan-

guinis

Digitized by Google

FIdelium Deus omnium conditor, & redẽptor: animabus famulorũ, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Oro.

ACtiones noſtras, quęſumus domine, aſpirando pręueni, & adiuuãdo proſequere: vt cuncta noſtra oratio, & operatio a te ſemper incipiat, & per te cępta finiatur. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui viuorũ dominaris, ſimul & mortuorum: omniũque miſereris, quos tuos fide, & opere futuros eſſe prænoſcis, te ſupplices exoramus, vt pro q̃bus effundere preces decreuimus, quoſque, vel præſens ſeculum adhuc in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit, intercedentibus omnibus sãctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum ſuorum veniã conſequantur. Per dominum noſtrum. &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpirtu tuo.

℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors dominus. ℟. Amen.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Digitized by Google

DE LITANIIS MINORIBVS.

SEruentur omnia, vt ſupra in maioribus, vſque ad cõpletas Litanias, & omnes preces. Deinde Pater noſter. Secreto ℣. Et ne nos inducas in tẽtationem. ℟. Sed libera nos a malo.
℣. Oſtẽde nobis domine miſericordiam tuã.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ.
℣. Dominus dabit benignitatem.
℟. Et terra noſtra dabit fructum ſuum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritutuo. Oremus. Oratio.

COncede, q̃s omnipotẽs Deus: vt interceſſio nos ſanctæ Dei genetricis Mariæ, Sanctorumq́ue omnium Apoſtolorum, Martyrũ, Confeſſorum, atque Virginum, & omniũ electorum tuorum vbique lætificet: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus.

PRęſta, q̃s ops Deus: vt qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus, cõtra aduerſa omnia, tua ſemper protectione muniamur.

ADſis nobis domine ſupplicantibus, & pręſta, vt vberes fructns terræ, ex tuæ largitatis abundantia percipiẽtes, in tua ſemper benedictione viuamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, &c.

℣. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Benedicamus domino. Deo gratias.

Digitized by Google

& populo tuo precioſo ſanguine redempto ſupplicanti tribue, te miſerante pluuiæ ſufficientis auxilium. Per eundem dominum noſtrum Ieſū Chriſtum filium tuum, qui tecū, viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, p omnia ſęc. &c.
℣. Dominus vobiſcum ℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Benedicamus domino ℟. Deo gratias
℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſercors dominus ℟. Amen. ℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

PROCESSIO PRO postulanda Serenitate.

PEractis omnibus, vt in maioribus Litaniis, vſque ad finem Litaniarum, dicitur Pr nr.
Secreto ℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Adduxiſti dñe ſpiritum tuum ſuper terram.
℟. Et prohibitæ ſunt pluuię de cœlo.
℣. Cum obduxero nubibus cœlum.
℟. Apparebit arcus meus, & recordabor fęderis mei. ℣. Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruos tuos.
℟. Et benedic ſperantes in tua miſericordia.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Oratio.

AD te domine clamantes exaudi, & aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, miſericordia tua præueniente, clementiam ſentiamus.

Digitized by Google

DEus, qui contritorum non deſpicis gemitum, & mętentium non ſpernis affectum: adeſto precibus noſtris, quas tibi pro tribulatione noſtra effundimus, easq́; clemēter exaudi: vt quicquid cōtra nos diabolicæ, atque humanæ moliuntur aduerſitates, ad nihilū redigatur, & cōſilio tuæ pietatis allidatur: quatenus nullis aduerſitatibus lęſi, ſed de omni tribulatione & anguſtia erepti, læti ī Eccleſia tua tibi gratias referamus.

DEus, qui nos mortē, ſed pęnitentiā deſideras peccatorum: populum tuum q̄s, ad te conuerte propitius: vt dū tibi deuotus exiſtit, iracundiæ tuæ ab eo flagella amoueas.

NE deſpicias omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem: ſed propter gloriā nominis tui, tribulatis ſuccurre placatus. Per dominum noſtrum, &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.
℣. Exaudiat nos omnipotēs, & miſericors dn̄s.
℟. Amen. ℣. Fidelium animæ per miſericordiā Dei requieſcat in pace. ℟. Amen.

PROCESSIO PRO gratiarum actione.

COngregato clero, & populo in Eccleſia, & Comitibus ordinatis pro ſolemni proceſſione, vt in Litanijs maioribus; Cantores inchoent ſequentem Antiphonam. Antiph.

Bene-

Digitized by Google



℣. Gloria patri. Et repetitur Aña. Benedicite gentes,&c. Poſtea duo ex clericis Litanias incipiant: cęteraq; omnia perficiantur, vt in maioribus Litanijs, quibus cõpletis dr̃ Pater nr̃. ſecr.

℣. Et

Digitized by Google

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo. ℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu.
℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eũ in ſecula
℣. Benedictus es domine in firmamento cœli.
℟. Et laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſecula. ℣. Benedic anima mea domino.
℟. Et noli obliuiſci omnes retributiones eius.
℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſc.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio

DEus, a quo bona cũcta procedunt, & cuius miſericordiæ non eſt numerus: maieſtati tuę pro donis nobis collatis gratias agim⁹, tuam clementiã deprecantes: vt quibus bona temporalia non denegas, largiaris æterna.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, qui neminẽ in te ſperantem deſeris, & omnibus ad te deuote clamãtibus pium præſtas benignus auditum: ſuſcipe quas tibi pro acceptis votis gratias referimus, & confirma ſuper nos miſericordiam tuam: vt a tuo ſeruitio nunquam recedẽtes, in tua ſemper protectione maneamus.

DEus, cuius miſericordiæ nõ eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus: pijſſimæ maieſtati tuę pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes: vt qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem nõ deſerens, ad pręmia futura diſponas. Per dom.

℣. Do-


℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.
℣. Exaudiat nos omnipotẽs, & miſericors dñs.
℟. Amen. ℣. Fidelium animæ ꝑ miſericordiã Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

DE PROCESSIONE IN FESTO Sanctiſs. Corporis Chriſti.

SAcerdos primum miſſam celebret, in qua duas hoſtias cõſecret & ſumpta vna, alterã in tabernaculum in proceſſione deferendã ita reponat: vt per vitrum quo ipſum tabernaculũ circumſeptum eſſe oportet, exterius adorantibus appareat: veloq́; operatur, donec ab alteri auferatur. Porecto autẽ Sacrificio, & Proceſſione iam inchoata, ordine quo ſupra dictũ eſt in Litanijs maioribus, circumſiſtẽs Clerus genibus flexis cantare incipiat ſequentẽ Añam, & dum ea cantatur, Sacerdos ſanctiſſimũ Sacramentum thurificet. Antiphona.



Chriſtum Re gem adoremus, do-



minantem genti bus,

qui

qui ſe manducantibus dat ſpi-

ritus pin guedi nem. Pſalmus.

Cibauit nos ex adipe frumenti & de

petra melle ſaturauit nos. ℣. Gloria.

Et repetitur Añа. Chriſtum Regem.

Qua percãtata, Sacerdos ſcapulis velũ circũpo nat, quo tabernaculum operiabat: & parte veli ante ꝓpẽdente manibꝰ obuoluta, ipsũ taberna culũ ab altari reuerenter tollat, & capite apro ſub iã præparata vmbella procedere incipiat, clero ſubinde canente Hymnos infraſcriptos.

P Ange lingua glorioſi, Corporis myſte-

Digitized by Google



Nobis datus, nobis natus, Ex intacta Virgine: Et in mundo cõuerſatus, ſparſo verbi ſemine; Sui moras incolatus, Miro clauſit ordine.

In ſupremæ nocte cœnæ: Recumbens cũ fratribus: Obſeruata lege plene, Cibis ĩ legalibus: Cibum turbæ duodenæ, Se dat ſuis manibus.

Verbum caro panem verũ, Verbo carnem efficit: Fitque ſanguis Chriſti merũ, Et ſi ſenſus deficit: Ad firmandum cor ſincerũ, Sola fides ſufficit.

Tantũ ergo Sacramentum, Veneremur cernui: Et antiquum documentũ, Nouo cedat ritui: Præſtet fides ſupplementum, Senſuum defectui.

Genitori genitoque, Laus & iubilatio: Salus honor, virtus quoque Sit, & benedictio: Procedenti ab vtroque, Compar ſit laudatio. Amen.

Hymnus.

Hymnus.



Noctis recolitur cęna nouiſſima, Qua Chriſt⁹ creditur agnum & azyma, Dediſſe fratribus, iuxta legitima, Priſcis indulta patribus.

Poſt agnum typicum expletis epulis: Corpus Dominicum datum diſcipulis: Sic totum omnibus, quod totum ſingulis, Eius fatemur manibus.

Dedit fragilibus corporis ferculum, Dedit & triſtibus ſanguinis poculum: Dicens, accipite quod trado vaſculum. Omnes ex eo bibite.

Sic ſacrificium iſtud inſtituit, Cuius officium committi voluit Solis presbyteris, quibus ſic congruit, Vt ſumant, & dent cæteris.

Panis

Panis angelicus fit panis hominum, Dat panis cęlicus figuris terminum: O res mirabilis, manducat dominum, Pauper, ſeruus, & humilis.

Te ſumma Deitas, vnaque poſcimus: Sic nos tu viſita, ſicut te colimus: Per tuas ſemitas duc nos quo tendimus, Ad lucem quam inhabitas. Amen.

Hymnus.



VErbum ſupernum prodiens, Nec Pa-



tris linquens dexteram. Ad opus ſuum



exiens, Venit ad vitæ veſperam.

In mortem a diſcipulo, Suis tradendus ęmulis, prius in vitæ ferculo, Se tradidit diſcipulis.

Quibus ſub bina ſpecie, Carnem dedit & ſanguinem: vt duplicis ſubſtantiæ, Totum cibaret hominem.

Se naſcens dedit ſocium, Conueſcens in edulium: Se moriens in pretium, Se regnās dat in præmium.

O ſalutaris Hoſtia, Quæ cœli pandis oſtium, Bella premunt hoſtilia: Da robur, fer auxiliū.


V ni,

V ni,trinoq́ue Domino, Sit ſempiterne gloria,
Qui vitam ſine termino, Nobis donet in patria.
Amen.


Poterunt etiam cantari Hymni de Paſſione Domini.



V Exilla regis pro deunt: Fulget crucis



myſterium: Quo carne carnis conditor.



Suſpenſus eſt patibulo.

Q uo vulneratus inſuper, Mucrone diro lanceę: Vt nos lauaret crimine, Manauit unda sãguine.

I mpleta sũt quæ concinit, Dauid fidelis carmine: Dicens, in nationibus, Regnauit a ligno Deus.

A rbor decora, & fulgida, Ornata regis purpura: Electa digno ſtipite, Tam ſancta membra tangere.

B eata, cuius brachijs, Sæcli pependit pretium: Statera facta corporis, Prædamq́; tulit tartari.

O crux aue ſpes vnica, Hoc paſſionis tempore: Auge pijs iuſtitiam, Reisque dona veniam.

Te ſumma Deus Trinitas, Collaudat omnis ſpiritus: Quos per Crucis myſterium, Saluas, rege per ſęcula. Amen. Hymnus.



De parentis protoplaſti, Fraudē facta cōdolēs:
Quando pomi noxialis, Morte morſu corruit:
Ipſe lignū tūc notauit, Dāna ligni vt ſolueret.
Hoc opus noſtrę ſalutis, Ordo depopoſcerat:
Multiformis proditoris, Ars ut artem falleret:
Et medelam ferret inde, Hoſtis vnde læſerat.
Quando venit ergo ſacri Plenitudo temporis,
Miſſus eſt ab arce Patris, Natus orbis cōditor:
Atque ventre virginali, Caro factus prodijt.
Vagit infans inter arcta, Conditus pręſepia:
Membra pannis inuoluta, Virgo mater alligat:

Et

Et manus, pedesq́;, & crura Stricta cingit faſciæ.
Gloria, & honor Deo, Vſquequo altiſſimo, Vna Patri, Filioque, Inclyto paraclito, Cui laus eſt, & poteſtas, Per immenſa ſæcula. Amen.

Item Hymnus de Aſcenſione.



Quę te vicit clemẽtia, Vt ferres noſtra crimina, Crudelẽ mortẽ patiẽs, Vt nos a morte tolleres.
Inferni clauſtra penetrãs, Tuos captiuos redimens: Victor triumpho nobili, Ad dexterã Patris reſidens.
Ipſa te cogat pietas, Vt mala noſtra ſuperes: Parcẽdo, & voti cõpotes, Nos tuo vultu ſaties.
Tu eſto noſtrum gaudium, Qui es futurus præmium: Sit noſtra in te gloria, Per cũcta ſemper ſecula. Amen.

¶ Cantãtur etiam alij Hymni, pro diſpoſitione Cantoris, ſi qui aſſignati ſunt non ſufficiant in profectione proceſſionis.

Digitized by Google

¶Poſtea vero quam Sacramentũ, peracta Proceſſione, ad eccleſiam relaxatum fuerit, oẽs clerici, qui ante ad eam peruenerint, hinc inde in ordine conſtituti, genibus flexis infraſcriptam Añam cum verſiculis cõcinentes, illud reuerẽter adorẽt, excipiantque: Sacerdos vero repoſitum ſuper altari thurificet: & peracta ab eo ſequenti Orõne, deſumpto rurſus ab altari Sacramento populum cum ipſo benedicat. Aña.





℣. Panem de cœlo dedit eis, alleluia.
℟. Panem angelorum manducauit homo, alleluia. Oremus. Oratio.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili, paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuę fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.
Benedicat vos omnipotens Deus, & tunc cum Sacramento benedicat populum, Pater ✠ & filius, ✠ & Spiritus ✠ ſanctus. Amen.

Et poſtmodum illud reuerenter reponat.

EXORCISMVS
Super Obſeſſis.



Præparatio Sacerdotis in exorcizando.

IN primis neceſſe eſt, vt ipſe Sacerdos maxima cũ fide, conſcientia munda, & magna cũ humilitate ad mũde hoc præſtandũ accedat: ac prius (ſi fieri poterit) Miſſæ ſacrificio celebrato meminerit q; eſſe aliquod genus dęmoniorũ quod nõ niſi oratione, & ieiuno expellitur.

Diſpoſitio obſeſſi.

2 Diſponat obſeſſum, vt contritione, ac confeſſione mundet cõſcientiã, & vt frequẽter oret Deũ: vt ab eo flagello illũ liberet, ſi ad eius ſalutem promouendam expedit.

Cognoſcenda ſigna.

3 Ne facile credat aliquem a dęmonio eſſe obſeſſum: ſed nota habeat ea ſigna, quibus obſeſſus a dęmone, ab iis, qui atra bili, vel morbo aliquo affecti ſunt, dignoſcitur.

Signa certiſſimaque.

Certiſſima ſigna hæc ſunt: ignota lingua bene, & diu loqui, aut diſtantia, & occulta patefacere.

Signa probabilia.

Probabilia autẽ ſigna ſunt ad ſacra uerba contremiſcere, torſiones, motus, furores inſolitos, ac repẽtinos ſentire, horrere ac deteſtari diuina, & dolore ob ea affici: corporis, vel alicuius mẽbri inſolita inflatio: vires alioq; ſup. ætatis, vel cõditionis naturã.

Quæ ſint exorci-

Præterea caueat exorcizans, ne quicquã curioſe a dęmone q̃rat, ſed ea tãtũ ĩterroget, quę ad eius expulſione neceſſaria eſſe

iudi-

Digitized by Google

iudicauerit: alioq curioſa, vel occulta ab eo ſciſcitari greue peccatum eſt, prohibitum a Summo Pontifice Sixto V. Neceſſaria autē hæc videtur, nimirū interrogare de numero ſpirituū obſidentiū, de cauſa, ſeu occaſione, qua in corpus ingreſſi ſūt, & de tēpore: cæteras autē dęmonis nugas, riſus, ineptias, nec aduertat ipſe, & circūſtātes ne curent, admoneat. Iis enim nugis animum a deuotione auocat. *zante aduertenda.*

Cū dæmon ſuperbus ſit, profuerit illū opprobriis vrgere Chriſti exemplo, qui dęmones nequam immundos ſpiritus appellabat, hoc autem faciat magna cum fide, memor poteſtatis, quā a Domino accipit, vt dæmonibus imperet. *Quid expediat contra dæmonem.*

Aduertat inſuper Sacerdos ī mulieribus exorcizādis, vt honeſtatis ſit memor, neue quicquam dicat vel faciat, quod vel ipſi, vel mulieri occaſio eſſe poſſit alicuius impudicæ cogitationis. Moneat etiā eū, qui obſidetur, ſi diuina gratia liberatus fuerit, vt diligenter ſibi caueat a peccatis etiā leuioribus, ne occaſionem præbeat dęmoni iterum regrediendi. *In mulieribus exorcizandis quę aduertenda.*

Caueat autem Parochus, ne vel ipſe hoc munus exerceat, neue alios ad ipſū exercendum admittat, niſi prius habita in ſcriptis facultate a Reuerendiſs. Epiſcopo, nec aliis exorciſmis, præterquam iſtis vtatur, vel ab ipſo epiſcopo approbatis. *Exorciſmū non faciēdū niſi ab eo q̃ ab Epiſcopo probetur.*

¶ Sacerdos exorcizaturus obſeſſum, indutus Cotta, & Stola, præmiſſa confeſſione vel ſaltē interna de peccatis contritione, dicat Pſalmū.

Deus in nomine tuo ſaluum me fac. cum Añā. Ne reminiſcaris. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.

℣. Saluum fac ſeruum tuum.

℟. Deus meus ſperantem in te.

Oremus. Oratio.

DEus cui propriū eſt miſereri ſēper, & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: vt hunc famulum tuum, quem delictorū catena conſtrinxit, miſeratio tuę pietatis clemēter abſoluat. Vel alia pro peccatis.

Digitized by Google

Deinde dicat infraſcriptam orationem.

DOmine ſancte, pater o͞ps, æterne Deus, pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui illum refugam tyrannũ, & apoſtatã gehennę ignibus deputaſti, quique vnigenitum tuũ in hunc mundum miſiſti, vt illum rugientem contereret: velociter attende: accelera, vt eripias hominẽ ad imaginem, & ſimilitudinem tuam creatum, a ruina, & dæmonio meridiano. Da domine terrorem tuũ ſuper beſtiam, quæ exterminat vineam tuam. Da fiduciam ſeruis tuis, contra nequiſſimum dracone͂ pugnare fortiſſime, ne cõtemnat ſperantes in te, & ne dicat, ſicut in Pharaone, qui iam dixit. Deũ non noui, nec Iſrael dimitto. Vrgeat illum dextera tua potens diſcedere a famulo tuo N. ✠ ne diutius pręſumat captiuum tenere hominem, quem tu ad imaginẽ tuam facere dignatus es, & in filio tuo redemiſti. Qui tecum viuit, & regnat, &c. ℟. Amen.

Poterit ĩſuper Litanias recitare, & alias preces, vt ſeipſum ad fidem, & deuotionem excitet, & Sanctorum imploret auxilium.

¶ Deinde muniens ſe ſigno ſanctæ Crucis ✠ magna cum fide & deuotione, intrepide, & cõſtanter incipiat ſequentes exorciſmos: circumpoſita parte ſtolæ ad collum obſeſſi, & dextera manu capiti eius impoſita, dicat. ℣. Ecce crucem domini, fugite partes aduerſæ.

℟. Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus,

Deus,

DEus, & pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, inuoco nomen ſanctũ tuũ, & clementiã tuam ſupplex expoſco: vt aduerſus hunc, & oẽm immundum ſpiritum, qui vexat hoc plaſma tuum mihi auxiliũ præſtare digneris. Per eundẽ dñm noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ, qui tecũ viuit, & regnat in vnitate ſpiritus, &c. Amen.

EXocizo te, immundiſſime ſpiritus, omnis incurſio aduerſarii, omnis ira, omne phantaſma, omnis legio in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti ✠ eradicare, & effugare ab hoc plaſmate Dei. ✠ Ipſe tibi imperat, qui te de ſupernis cœlorũ in inferiora terræ demergi præcepit. Audi ergo, & time ſatana: victus & proſtratus abſcede in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. ✠ Tu ergo nequiſſime ſatana inimice fidei, hoſtis generis humani, mortis adductor, vitæ raptor, iuſtitiæ declinator, malorũ radix, fomes vitiorum, ſeductor hominum, proditor gentiũ, incitator inuidiæ, origo auaritię, cauſa diſcordiæ, excitator dæmonum, malorum magiſter, quid ſtas, & reſiſtis, cum ſcias eũ tuas perdere vires? illum metue, qui in Iſaac immolatus eſt, in Ioſeph venũdatus, in agno occiſus, in homine crucifixus, deinde inferni triũphator fuit.

Sequentes cruces fiant in fronte oppreſſi.

Recede ergo in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ ſancti, Da locum Spiritui ſancto per hoc ſignũ ✠ Crucis Ieſu Chriſti domini noſtri, qui cum Patre, & eodẽ Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amen.

Digitized by Google

Si adhuc nõ receſſerit ſpiritus malignus, Inſtanter & deuote proſequetur vltra, dicens.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus conditor, & defẽſor generis humani, qui hominem ad imaginem tuum formaſti, reſpice ſuper hunc famulum tuum N. qui dolis immundi ſerpentis apperitus, quem vetus aduerſarius, antiquus hoſtis terræ formidinis horrore circumuolat, & ſenſum mentis humanæ ſtupore defigit, terrore conturbat, & metu trepidi timoris exagitat. Repelle domine virtutem diaboli, fallaceſque eius inſidias amoue, procul impius tẽtator aufugiat. Sit nominis tui ſigno. ✠ in fronte famulus tuus munitus, & in anima tutus, & corpore. Quatuor cruces ſequẽtes fiant in pectore dæmoniaci. Tu ✠ pectoris huius interna cuſtodias: Tu ✠ viſcera regas: Tu ✠ cor cõfirmes, in anima aduerſatricis poteſtatis tentamẽta euaneſcãt. Da dñe ad hanc inuocationẽ ſanctiſſimi nominis tui gratiam: vt qui huc uſq; terrebat, territus aufugiat, & victus abſcedat, tibiq; poſſit hic famulus tuus, & corde ✠ hæc crux fiat ſuper cor dæmoniaci: firmatus, & mẽte ſyncerus ✠ in fronte debitum prebere famulatum. Per dominum noſt. &c. ℟. Amen.

AIVRATIO.

ADiuro te ſerpens antique, per iudicem viuorum & mortuorum: per factorem tuũ, per factorem mũdi, per eum, qui habet poteſtatem

tē mittere te in gehēnā, vt ab hoc famulo Dei N. ✠ in fronte qui ad Eccleſiæ ſinum recurrit, cū metu, & exercitu furoris tui feſtinus diſcedas. Adiuro te iterū ✠ in fronte non mea infirmitate, ſed virtute Spiritus ſancti: vt deſiſtat ab hoc famulo Dei N. ✠ in fronte. quem omnipotēs Deus ad imaginem ſuā fecit. Cede igitur, cede, non mihi, ſed miniſtro Chriſti. Illius enī te vrget poteſtas, q te Crucis ✠ ſuę ſubiugauit illius brachiū contremiſce, qui deuictis gemitibus īferni animas ad lucem perduxit. Sit tibi terror corpus hominis. ✠ in pectore. Sit tibi formido imago Dei ✠ in fronte. ne reſiſtas, nec moreris diſcedere ab homine, quem complacuit Chriſto in nomine habitare. Et ne cōtemnendum putes, dum me peccatorem nimis eſſe cognoſcis. Imperat tibi Deus, ✠ imperat tibi maieſtas Chriſti: ✠ imperat tibi Deus Pater, ✠ imperat tibi Deus Filius, ✠ imperat tibi Spiritus ✠ ſāctus: imperat tibi fides Apoſtolorum Petri & Pauli, & cætororum ſanctorū, ✠ imperat tibi continētia Cōfeſſorum, ✠ imperat tibi Martyrum ſanguis, ✠ imperat tibi Sacramentum Crucis, ✠ imperat tibi myſteriorum virtus. ✠ Exi ergo trāſgreſſor: exi ſeductor, plene omni dolo & fallacia, veritatis inimice, innocentium perſecutor. Da locū īpuriſſime: Da locū impijſſime: Da locum Chriſto, in quo nihil inueniſti de operibus tuis: qui te ſpoliauit, qui regnum tuum deſtruxit, qui te victū ligauit, & vaſa tua diripuit, qui te proiecit in tenebras exterio-

teriores, vbi tibi cũ miniſtris tuis erit præpara tus interitus. Sed quid truculẽte recogitas? q̃d temerarie retractas? Reus oĩpotenti Deo es, cu ius ſtatuta trãſgreſſus es. Reus es Filio ei⁹ Chri ſto dño noſtro, quem tentare auſus es, & Cruci ✠ figere p̃ſũpſiſti. Reus es humano generi, cui tuis perſuaſionibus, mortis fructũ prodinaſti.

ADIVRATIO.

ADiuro ergo te draco nequiſſime, in nomine Agni ✠ immaculati, qui ambulauit ſuper aſpidem & baſiliſcũ, qui cõculcauit leonẽ & dracone: vt diſcedas ab homine, ✠ *fiat in fronte*, diſcedas ab Eccleſia, ✠ iſta crux fiat ſuper circunſtantes Dei. Contremiſce, & effuge inuocato nomine dñi illius, quẽ inferi tremunt, cui Virtutes cęlorũ, & Poteſtates, Dñationes ſubiectę ſunt, quẽ Cherubin & Seraphĩ indefeſſis vocibus laudant. Imperat tibi Verbũ ✠ caro factum: imperat tibi natus ✠ ex Virgine: imperat tibi Ie ✠ ſus Nazarenus: qui te, cũ diſcipulos eius contemneres, eliſum atque proſtratũ exire præcepit ab hoĩe: quo præsẽte, cũ te ab homine ſeparaſſet, nec porcorum gregẽ ingredi præſumebas. Recede ergo nũc adiuratus, ĩ nomine ✠ eius, ab homine, quẽ ipſe plaſmauit. Durũ eſt tibi velle ✠ reſiſtere. Durũ eſt tibi contra ſtimulũ calcitrare ✠ quia quanto tardius exis, tãto tibi ſuppliciũ creſcit maius: quia nõ homines contemnis, ſed illũ, qui dñatur viuorũ, & mortuorum, qui vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculũ per ignem. ℞. Amẽ.

¶ Si

¶Si adhuc oppreſſus non fuerit liberatus proſequere fide forti, & noli quaſi fatigatus deſperare, ſed etiã caue, ne ſub curioſitate cuiuſquã tibi fiat more, vel protractio in loquẽdo cũ immundo ſpiritu quãuis multa occulta, & miſabilia dicat, ſed cõtinua: & deuicta oĩ cõfuſione legẽdo apertè, & diſtinctè, ardorẽ, ac pietatẽ animi tui nõ permittas interrumpi, vel retardari.

℣. **Domine exaudi orationem meam.**

℟. **Et clamor meus ad te veniat.** ℣. **Dominus vobiſcum.** ℟. **Et cũ ſpiritu tuo.** Oremus. Orõ.

OMpſ dñe, verbũ Dei patris, Chriſte Ieſu, Deus, & dñs vniuerſę creaturę, qui sãctis Apoſtolis tuis dediſti poteſtatem calcãdi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, qui inter cętera mirabilium tuorũ præcepta dignatus es docere dęmones effugare, cuius virtute motus tanquam fulgur de cęlo, Satanas cecidit; tuum ſanctum nomen cum timore, & tremore, ſuppliciter deprecor; vt indigniſſimo mihi ſeruo tuo, data mihi venia omnium delictorũ meorum, cõfidentiam, & poſſibilitatẽ donare digneris, vt hunc crudelem dæmonẽ, & draconẽ, brachij tui ſancti munitus potẽtia, fiducialiter, & ſecurus aggrediar. Per te Ieſu Chriſte, domine Deus noſter, qui venturus es iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

ADIVRATIO.

ADiuro ergo te omnis immndiſſime ſpiritus, omne phantaſma, omnis incurſio Satanę, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, qui poſt

Digitized by Google

lauacrum Iordinis in deſertum ductus eſt,& te in tuis ſedibus vicit, vt quem de limo terræ ad honoré gloriæ ſuæ formauit, tu deſinas impugnare, & in homine miſerabili non humanam fragilitaté, ſed imaginem omnipotentis Dei cõtremiſcas. Cede ergo Deo ✠ qui te, & malitiã tuã ĩ Pharaone, & ĩ eius exercitu per Moyſen ſeruũ ſuũ in abyſſũ demerſit. Cede Deo ✠ qui te per fideliſſimũ ſeruũ ſuũ Dauit de rege Saule Spirituali canticis pulſum fugauit. Cede Deo ✠ q te in Iuda Iſcariote proditore dãnauit. Ille enĩ te diuinis ✠ verberibus angit, in cuius cõſpectu cum tuis legionibus tremẽs, & clamãs dixiſti. Quid nobis, & tibi fili Dauid, veniſti ante tempus torquere nos? Ille te perpetuis flammis vrget, qui in fine temporũ dicturus eſt impijs. Ite maledicti in ignem æternũ, quẽ præparauit Pater meus diabolo, & angelis eius. Tibi enĩ impie, & angelis tuis uermes erunt, qui nũquam morientur. Tibi, & angelis tuis inextinguibile præparatur incendiũ, quia tu es princeps maledicti homicidii, tu auctor inceſtus, tu ſacrilegiorũ caput, tu actionũ peſſimarum magiſter, tu hæreticorũ doctor: tu totius obſcenitatis inuentor. Exi ergo ✠ impie. Exi ✠ ſcelerate. Exi cũ omni fallatia tua, quia hominem templum ſuũ voluit eſſe Deus. Sed quid diutius moraris hic? Da honorẽ Deo Patri omnipotenti, ✠ cui omni genu flectitur. Da locum dño Ieſu Chriſto, ✠ qui pro homine ſãguinem ſuũ ſanctiſſimum, fudit. Da locũ Spiritui

Digitized by Google

ritui ✠ ſancto, qui per beatum Apoſtolum ſuũ Petrum manifeſte te ſtrauit in Simone mago, qui fallaciã tuã in Anania & Saphira condemnauit, qui te in Herode rege honorẽ Deo non dante percuſſit, qui te in mago Barieu per Apoſtolum ſuũ Paulũ, cęcitatis caligine perdidit, & per eundem de Phytoniſſa verbo imperans exire præcepit. Diſcede ergo nũc, ✠ diſcede ✠ ſeductor. Tibi eremus ſedes eſt: tibi habitatio ſerpens eſt, humiliare, & proſternere. Iã nõ eſt differendi tempus. Ecce enim dñator dñs proximat cito, & ignis ardebit ante ipsũ, & præcedet, & inflammabit ĩ cricuitu inimicos eius. Si enim hominem fefelleris, Deũ non poteris irridere. Ille te eiicit, cuius oculis nihil occultum eſt: Ille te expellit, cuius virtuti vniuerſa ſubiecta ſunt. Ille te excludit, qui tibi, & angelis tuis præparauit æternã gehẽnã, de cuius ore exiet gladius acutus. Qui venturus eſt cum Pater, & Spiritu ſancto iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. ℟ Amen.

¶ Si inter exorçizãdũ diabolus diceret ſe eſſe animã alicuius defuncti, nullo modo credatur: eſt enim hæreſis: Sed perſeueret Exorciſta in exorcizando cũ megna fide, ſæpe ac ſæpius repetẽdo exorciſmos, quoad victoria obtineatur.

AD EXPELLENDAS NVBIVM Tempeſtates.

℣ Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟ Qui fecit cœlum & terram.
℣ Oſtende nobis domine miſericordiã tuam.
℟ Et

Digitized by Google

℟. Et ſalutare tuũ da nobis. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non nocebit nobis. ℣. Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos. ℟. Quemadmodũ ſperauimus in te. ℣. Saluũ fac populũ tuũ dñe, & benedic hęreditati tuæ. ℟. Et rege illos vſq; in ſeculum. ℣. Oculi dñi ſuper iuſtos. ℟. Et aures eius in preces eorum. ℣. Deus meus eripe me. ℟. De manu peccatoris. ℣. Nõ priuabis eos bonis. ℟. Qui ambulãt in innocentia. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Orõ.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, qui das eſcã omni carni, qui operis cœlũ nubibus, & paras terræ pluuiam, & ianuas cœli aperis: qui transfers auſtrũ de cœlo, & inducis in virtute tua africum, qui rigas montes de ſuperioribus ſuis, & de fructu operum tuorũ ſatiabitur terra: qui angelo præcepiſti, vt terræ, mari, arboribus ne noceret: parce metuẽtibus, & propitiare ſupplicantibus. Te etenim domine ſupplices exoramus: vt procul abſcedat incurſio turbinũ, calamitas tempeſtatum fragor grãdinum, percuſſio fulminum, & quęlibet inſidiæ inimici tẽperentur, infeſta tonitrua noxiaq; pluuia, ventorum flamina, fiant moderate ſuſpẽſa: omnis quoque ſpiritus procellarum, & aereæ tempeſtates dextera tuæ virtutis proſternantur. Deſcendat, quęſumus domine, deſuper ſpiritus ſãctus: vt fugatis omnibus contrariæ poteſtatis Virtutib⁹, fruges manus ſeruet angelica, & poſt

ſopitos

ſopitos nubium impetus, in laudis, & deuotionis ſpiritualis augmentum tranſeat comminatio tempeſtatis. Qui uiuis & regnas Deus in ſecula ſeculorum. Amen.

PASSIO DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti ſcd͞m Ioannem.



IN illo tēpore. Egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentē Cedrō, vbi erat hortus: in quē ītroiuit ipſe, & diſcipuli eius. Sciebat autē & Iudas qui tradebat eū, locū, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis Iudas ergo cū accepiſſet cohortem, & à pontificibus, & pharifæis miniſtros: venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. Ieſus itaq; ſciens omnia, quæ ventura erāt ſuper eū, proceſſit, & dixit eis. ✠ Quem quæritis? C Reſponderunt ei: S Ieſum Nazarenum. C Dixit ei Ieſus. ✠ Ego ſum. C Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iterū ergo eos interrogauit. ✠ Quem quæritis? C Illi autem dixerunt: S Ieſum Nazarenum.

renum: C Reſpondit Ieſus. ✠ Dixi vobis, quia ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. C Vt impleretur ſermo quem dixit: quia quos dediſti mihi, nõ perdidi ex eis quenquã. Simõ ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & pcuſſit pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dxteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro. ✠ Mitte gladium tuũ in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? C Cohors ergo, & tribunus & miniſtri Iudæorũ comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eam ad Annam primũ. Erat enim ſocer Cayphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Cayphas, qui conſilium dederat Iudæis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipnlus. Diſcipulus aũt ille erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium põtificis. Petrus autem ſtabat ad oſtiũ foris Exiuit ergo diſcipulus ille, qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancillla oſtiaria. S Nũquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? C Dicit ille. S Non ſum. C Stabant autẽ ſerui, & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem cũ eis Petrus, ſtans & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſũ de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius Reſpondit ei Ieſus. ✠ Ego palam locutus ſum mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniũt:

&

& in occulto locutus ſum nihil. Quid me inter-
rogas? Interroga eos qui audierũt, quid locu-
tus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt, quę dixerim ego.
C Hæc aũt cum dixiſſet, vnus aſſiſtẽs miniſtro
rum dedit alapam Ieſu, dicẽs. S Sic reſpõdes
Pontifici? C Rñdit ei Ieſus. ✠ Si male locutus
ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autẽ be-
ne, quid me cędis? C Et miſit eũ Annas ligatũ
ad Caypham pontificẽ. Erat aũt Simõ Petrus
ſtans, & calefaciens ſe. Dixerũt ergo ei. S Nun-
quid & tu ex diſcipulis eius es? C Negauit ille,
& dixit. S Non ſum. C Dicit ei vnus ex ſeruis
Pontificis, cognatus eius, cuius abſcidit Petrus
auriculã. S Nõne ego te vidi in horto cum illo?
C Iterũ ergo negaui Petrus: & ſtatĩ gallus cã-
tauit. Adducunt ergo Ieſum à Caypha in p̃to-
riũ. Erat aũt mane. Et ipſi nõ introierũt in p̃to
riũ, ut nõ cõtaminarent̃: ſed vt mãducarẽt Pa-
ſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit.
S Quã accuſationem affertis aduerſus hoĩem
hũc? C Rñderũt, & dixerũt ei. S Si nõ eſſet hic
malefactor, nõ tibi tradidiſſem⁹ eũ. C Dixit er
go eis Pilatus. S Accipite eũ vos, & ſecũdũ le-
gẽ veſtrã iuidcate eũ. C Dixerũt ergo ei Iudęi.
S Nobis non licet interficere quemquã. C Vt
ſermo Ieſu impleret̃, quẽ dixit ſignificans qua
morte eſſe moriturus: Introiuit ergo iterũ Pila
tus in prætoriũ, & vocauit Ieſũ, & dixit ei. S Tu
es rex Iudęorũ? C Rñdit Ieſus. ✠ A temetipſo
hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? C Reſpon
dit Pilatus. S Nunquid ego Iudęus ſum? Gens

Digitized by Google

tua & pontifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti? C Rñdit Ieſus. ✠ Regnum meũ nõ eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnũ meum, miniſtri mei vtiq; decertarent, vt nõ tra deret Iudæis. Nunc aũt regnum meum nõ eſt hinc. C Dixit itaque ei Pilatus. S Ergo rex es tu? C Rñdit Ieſus. ✠ Tu dicis quia Rex ſum ego: ego in hoc natus ſũ, & ad hoc veni in mũdum: vt teſtimonium perhibeã veritati: Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meã. C Dicit ei Pilatus. S Quid eſt veritas? C Et cũ hoc dixiſſet iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis. S Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam uobis in Paſcha. Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? C Clamauerunt rurſus omnes, dicẽtes. S Non hunc, ſed Barabbam. C Erat antem Barabbas latro. Tunc ergo apprehẽdit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Et milites plectẽtes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius: & veſte purpurea circundederũt eum. Et veniebãt ad eum, & dicebant. S Aue Rex Iudæorum. C Et dabant ei alapas. Exiuit iterũ Pilatus foras, & dicit eis. S Ecce adduco eũ vobis foras: vt cognoſcatis, quia in eo nullam cauſã inuenio. C Exiuit ergo Ieſus portans ſpineam coronã, & purpureum veſtimentũ. Et dicit eis. S Ecce homo. C Cũ ergo vidiſſent eum põtifices & miniſtri clamabãt, dicentes. S Crucifice, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus. Acciptie eum vos, & crucifigite. Ego enim nõ inuenio in eo cauſã.

C Re-

C Reſponderunt ei Iudæi. S Nos legẽ habeemus, & ſecundũ legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. C Cũ ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonẽ, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætorium iterũ, & dicit ad Ieſum. S Vnde es tu? C Ieſus aũt reſponſum nõ dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S Mihi nõ loqueris? Neſcis, quia poteſtatẽ habeo crucifigere te, & poteſtatẽ habeo dimittere te? C Reſpõdit Ieſus. ✠ Non haberes poteſtatem aduerſũ me vllam, niſi tibi datũ eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. C Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum: Iudæi autem clamabant, dicẽtes. S Si hunc dimittis, nõ es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe regẽ facit, cõtradicit Cæſari. C Pilatus autẽ, cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſũ, & ſedit pro tribunali ĩ loco, qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraice autẽ Gabbatha. Erat autem paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta, Et dicit Iudæis. S Ecce rex veſter: C Illi autem clamabant. S Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus. S Regẽ ueſtrum crucifigã? C Reſponderunt pontifices. S Non habemus regem, niſi Cæſarẽ. C Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eũ qui dicitur Caluariæ loum, Hebraicè autem Golgotha, vbi eum crucifixerunt, & cũ eo alios duos hinc & hinc, medium autẽ Ieſum. Scripſit autem & titulũ Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat aũt ſcriptũ,

Ieſus

Digitized by Google

Ieſus Nazarenus, rex Iudæorum. Hũc ergo titulum multi legerũt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptũ Hebraice, Grecè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudęorum. S. Noli ſcribere, rex Iudęorum, ſed quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæorum. C Reſpondit Pilatus. S Quod ſcripſi, ſcripſi. C Milites ergo cũ crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partẽ) & tunicam. Erat autem tunica incõſutilis, deſuper cõtexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. S Nõ ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa, cuius ſit. C Vt ſcriptura impleretur, dicẽs. Partiti sũt veſtimenta mea ſibi: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecertũt. Stabãt autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrẽ, & diſcipulum ſtantem quẽ diligebat: dicit matri ſuæ. ✠ Mulier ecce filius tuus. C Deinde dicit diſcipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuã. Poſtea ſciens Ieſus, quia iam omnia conſummata ſunt: ut conſummaretur ſcriptura, dicit. ✠ Sitio. C Vas ergo erat poſitũ aceto plenum. Illi autem ſpõgiã plenam aceto hyſſopo ericumponẽtes, obtulerũt ori eius. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit. ✠ Conſummatum eſt. C Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Iudæi ergo, quoniã paraſceue erat, vt non remanerẽt in cruce corpora

ra

ra Sabbatho (erat enĩ magnus dies ille Sabba
thi) rogauerunt Pilatum, vt frangerẽ[illegible]r eorũ
crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites,&
primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui
crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum ve
niſſent, vt viderunt eum iam mortuum, nõ fre
gerunt eius crura: ſed vnus militum lancea la-
tus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis &
aqua. Et qui vidit teſtimoniũ perhibuit,& ve-
rum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera
dicit, vt & vos credatis. Facta ſunt enĩ hæc, vt
ſcriptura impleretur, dicens. Os nõ comminue
tis ex eo. Et iterũ alia ſcriptura dicit. Videbũt
in quem transfixerunt.

POſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph ab
Arimathia,(eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu,
occultus autem propter metum Iudæorum) vt
tolleret corpus Ieſu: & permiſit Pilatus. Venit
ergo,& tulit corpus Ieſu. Venit autẽ & Nico-
demus, qui venerat ad Ieſum nocte primũ, fe-
rens mixturam myrrhę & aloes quaſi libras cẽ
tum. Acceperunt ergo corpus Ieſu,& ligauerũt
illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iu-
dæis ſepelire. Erat autẽ in loco, vbi crucifixus
eſt, hortus: & in horto monumentum nouum,
in quo nondum quiſquàm poſitus erat. Ibi er-
go propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta
erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

℟. Laus tibi Chriſte.

F I N I S.

Digitized by Google

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L
M N O P Q.

Omnes ſunt quaterniones, præter
Q, quæ eſt duernio.



VENETIIS, M D C I.

Apud Georgium Variſcum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Pro peste animalium. Oratio

Deus, qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus solatia subrogasti: supplices te rogamus, ut sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias usib. non perire. Per

Alia Oratio pro peste alium.

P.º Alia aspergantur aqua benedicta postea Sacerdos dicit.

Adiutorium nrm̃ in noẽ Domini. Qui fecit &.

Domine exaudi oronẽ meã. Et clamor &.

Dominus vobiscũ. Et cũ spũ tuo

Oremus.

Misericordiam tuam Dñe supplices exoramus, ut hæc animalia, quæ gravi infirmitate vexantur, in nomine tuo, atq. bene+dictionis tuæ virtute sanentur. Extinguatur in eis omnis diabolica potestas, ne ulterius ægrotent: tu eis Domine sis defensaculum vitæ, et remedium sanitatis. Per Dñm &. Aspergantur aqua bened.ª &

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7-2-3

Digitized by Google